Incipit evangelium ſecundum matheum.
Liber generacionis ihu xpi filij dauid filij abra
ham. Abraham genuit ysaac. ysaac autē genuit
iacob. Iacob autē genuit iudā et frēs eius. Iudas
autem genuit phares et zaram de thamar. Phares aūt
genuit eſrom: eſrom autem genuit aram. Aram aūt
genuit aminadab. aminadab autem genuit naa
ſon. Naaſon autē genuit ſalmon. Salmon autem
genuit booz de rachab. Booz autē genuit obed ex ruth. Obed autē
genuit ieſſe. Ieſſe autē genuit dauid regem. Dauid autē rex genuit ſa
lomonem ex ea que fuit urie. Salemon autē genuit roboam. Roboam
autē genuit abiam. abia autem genuit aſa. Aſa autē genuit ioſa
phat. Ioſaphat autem genuit ioram. Joram autem genuit oziam. Ozias
autē genuit ioatham. Joatham autē genuit achas. Achas autem
genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manaſen. Manaſes autem
genuit amnon. Amnon autem genuit ioſiam. Joſias autē genuit
ieconiam et frēs eius: in tranſmigracione babylonis. Et poſt tranſ
migracionē babylonis: Jechonias genuit ſalathiel. Salathiel autē
genuit zorobabel. Zorobabel autē genuit abiud. Abiud autē
genuit eliachim. Eliachim autē genuit azor. Azor autē genuit ſadoch
Sadoch autem genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud aūt
genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathan: Mathan autem
genuit iacob. Jacob autē genuit ioſeph uirū marie. De qua natus eſt
ihs qui uocatur xpūs. Omnes ergo generaciones ab abraham
uſq; ad dauid generaciones xiiij. Et a dauid uſq; ad tranſmigra
cionem babylonis: generaciones xiiij. Et a tranſmigracione babylo
nis uſq; ad xpm generaciones xiiij. Xpi autem generacio

÷ gnācio

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS



He reliquie in hoc libro sunt recondite.

De spinea corona xpi. De lapide dñi. De purificatione dñi. De lapide in quo aur xpi fuit. De capillis in lapidibus uersis. De lenm sancte Agate. Aplorū. De baculo sñ petri. De cruce. s. Andree. Bartholomei apli Marcy. De crem mulñ mulierū ⁊ marcy. Bonifacy mrīs. Magni mrīs. Sauini epi ⁊ mrīs Confessoris. Anastasij epi. De costa. s. Bñdicti. De costa. s. Ytonis Virginum. De crinibus. s. magdalene. Katherine v. ⁊ mrīs. Barbare v. De margarete v. Ursule v. Undecim milliū v. De cuchinero ⁊ anne. s. Agnetis. Aleneē v. Columbe v. ⁊ mrīs. Aufredi v. ⁊ mrīs. Preclare v. Cecilie v. Florentine v. Valerie virginis.

Anno milleno c. quatuor: anno quindeno
Albas hic petrus uuiamīe celum fretus
Cruces ad honorem xpi matrisq; decorem
Michahelis angli nostri prīs et Benedicti
Huic scribi iussit librum ne propianus sit
Deus. draconum pectora dissolucrum.
Insignem gemmis celsiuus quoq; sanctis
Ouenia solemnum tempus salubreq; dicat
Quē ds sit dotet penas ueniasq; ut tutus uiuat
Sanus libri decus legentis aperiat os.
Et que sunt scriptum p celestem sapiat illum
Libri tollentem anathemata xpe nouentem
Iubeas haurire celestesq; hāmas mare.

1415

ed Pez Thes anecd I p. XLIX

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Dottatium Ilefeyer

ꝑ ca

ꝑ cū

multus

c. 3.

c. 4.

ꝑ

ꝑ

ꝑ

quod pcedit de ore dei. Tunc assumpsit eum dyabolus in scām ciuitatem: et statuit eum supra pinnaculū tēpli. et dicit ei. Si filius dei es. mitte te deorsum. Scriptum est enim. Quia angelis suis mandauit de te: et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi ihūs rursum. Scriptum est: Nō temptabis dnm deū tuū. Iterum assumpsit eum dyabolus in montē excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mūdi: et gliam eoz: et dicit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ihūs. Vade sathanas. Scriptum est enim. Dnm deū tuum adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum dyabolus. Et ecce angeli accesserunt: et ministrabant ei.

Cum audisset ihūs quod iohēs traditus esset: secessit in galyleam. Et relicta ciuitate nazareth uenit et habitabat in capharnaū maritima: in finibus zabulon et neptalim. Vt adimpleret quod dictum est: p ysayam pphām. Terra zabulon. et terra neptalim uia maris trans iordanem galilee gentiū. Populus qui sedebat in tenebris: lucem uidit magnā. Et sedentibus in regione umbre mortis: lux orta est eis. Exinde cepit ihūs predicare: et dicere. Penitentiam agite: appropinquauit enim regnū celoz. Ambulans autem iuxta mare galilee: uidit duos frēs: symonem qui uocatur petrus: et andream frēm eius. mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me: faciam uos fieri piscatores hoīm. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde: uidit alios duos frēs. Iacobum zebedei et iohēm frem eius in naui: cum zebedeo pre eoz: reficientes retia sua. Et uocauit eos. Illi autem statim relictis retibus et pre: secuti sunt eum. Et circuibat ihūs totam galileam docens in synagogis eoz. Et predicans euāngliū regni. et sanās omnem langworem: et omnem infirmitatem in plo. Et abiit fama eius in totam syriam. et obtulerunt ei omnes male habentes uariis langworibus et tormentis comprehensos et qui demonia habebant. et lunaticos et paraliticos et curauit eos. Et secute sunt eū turbe multe: de galylea et decapoli et de hierosolyma. et de iudea: et de trans iordanē.

v.

Videns autem turbas ascendit in montē. Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. et aperiēs os suum docebat eos dicens. Bti pauperes spū: quia ipoz est regnū celoz. Bti mites: quia ipi possidebunt terram. Bti qui lugent: quia consolabuntur. Bti qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quia ipi saturabuntur. Bti misericordes quia ipi misericordiam consequentur. Bti mundo corde: quia ipi deum uidebunt. Bti pacifici: quia filii dei uocabuntur. Bti qui persecutionem patiunt propter iusticiam: quia ipoz est regnū celoz. Bti estis cum maledixerint uobis et persecuti uos fuerint: et dixerint omne malum aduersum uos: mentientes propter me. Gaudete et exultate: quia merces ura copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt pphas qui fuerunt ante uos. Vos estis sal tre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nichilum ultra: nisi ut mittatur foras: et conculcetur ab hoīnibus. Vos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita. Neq accendunt lucernam et ponunt eam sub medio: sed sup candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux ura coram hoīb: ut uideant ura bona opa: et glificent prem urum qui in celis ē. Nolite putare quia uenerim soluere legem aut pphas. non uenerim soluere: sed adimplere. Amen quippe dico uobis. Donec transeat celum et tra. iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis: et docuerit sic hoīes minimus uocabitur in regno celoz. Qui aūt fecerit et docuerit: hic magnus uocabitur in regno celoz. Dico enim uobis. quia nisi habundauerit iusticia ura plus q scribaz et pharisecoz: non intrabitis in regnū celoz. Audistis quia dictum est antiquis: non occides. Qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego aūt dico uobis: quia omnis qui irascitur frī suo sine causa reus erit iudicio. Qui autem dixerit frī suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: et ibi recordatus fueris. quia frater tuus habet aliquid aduersum te. Relinque ibi munus tuū ante altare: et uade prius reconciliare frī tuo. Et tunc ueniens: offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo. dum es in uia cum eo. Ne forte tradat te aduersarius iudici: et iudex tradat te ministro et mittaris. Amen dico tibi: non exies inde: donec reddas nouissimum quadrantē. Audistis quia dictum est antiquis: non mechaberis. Ego aūt dico uobis. Quia omnis qui uiderit mulierem. ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te. eice eum et proice abste. Expedit enim tibi ut pereat unum membrum tuum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Dictum est autem. Quicunq dimiserit uxorem suam: det illi libellū repudij. Ego aūt dico uobis. Quia omnis qui dimiserit uxorem suā. excepta fornicationis causa: facit eam mechari. Et qui dimissam duxerit: adulterat. Iterum audistis quia dictū est antiquis. Non periurabis: reddes autem dño iuramenta tua. Ego autem dico uobis. Non iurare omnino. neq per celum quia thronus dei est. Neq per terram quia scabellum est pedum eius. Neq per ierosolymā quia ciuitas est regis magni. Neq per caput tuum iurabis quia nō potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo ur: est. e. Non. Non. Qd

ihs

ipi

ipi

hoies

c. 5.

malet

sed

Quod autem his habundantius est: a malo est. Iudicis qua dictum est: oculū pro oculo. et dentem pro dente. Ego autem dico uobis. non resistere malo

Sed siquis percusserit te in dexteram maxillam tuam. praebe illi et alteram. Et ei qui uult tecum iudicio contendere. et tunicam tuam tollere. dimitte ei et pallium. Et quicunq; te angariauerit mille passus: uade cum illo alia duo. Qui petit a te da ei. Et uolenti mutuari a te: ne auertaris. Audistis: quia dictum est. diliges proximū tuum: et odies inimicū tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uros: benefacite his qui oderunt uos. Et orate p persequentibus et calumpniantib⁹ uos: ut sitis filij patris uri qui in celis est. Qui solem suum oriri facit sup bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt: quam mercedem habebitis. nonne et publicani hoc faciunt. Et si saluetis fres uros: quid amplius hoc faciunt? Estote ptecti: sicut et pater ur celestis ptectus est. vj.

c. 6. Attendite ne iustitiā uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis. Alioquin: mercedem non habebitis apud patrem uru: qui in celis est. Cum ergo facis elemosinā. noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciunt in synagogis et in uicis ut honorificentur ab hominib⁹. Amen dico uobis: receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinā: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit elemosina tua in abscondito et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Et cum oratis: non eritis sicut hypocrite qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare: ut uideantur ab hominib⁹. Amen dico uobis. receperunt mercedem suam. Tu aut cum oraris. intra in cubiculū tuum. et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Et pater tuus qui uidet in abscondito: reddet tibi. Orantes autem. nolite multum loqui: sicut ethnici. Putant enim: quod in multa loquio sua exaudiant. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater ur quid opus sit uobis: ante quam petatis eum. Sic ergo uos orabitis. Pater nr qui es in celis: sanctificetur nomē tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nrm supersubstantialem da nobis hodie et dimitte nobis debita nra: sicut et nos dimittimus debitoribus nris. Et ne nos inducas in temptationem. sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum. dimittet et uobis pr ur celestis delicta nra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pr ur dimittet peccata ura.

Cum autem ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas. ut pareant hominib⁹ ieiunantes. Amen dico uobis. quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas: unge caput tuū. et faciem tuā lauā: ne uideris hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscōso. Et pater tuus qui uidet in abscōso: reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra: ubi erugo et tinea demolitur. et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in celo: ubi neq; erugo neq; tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus: ibi est et cor tuum. Lucerna corpis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex: totum corpus tuum luadum erit. Si autem oculus tuus nequam fuit. totum corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est. tenebre sunt: ipe tenebre quante erunt.

Nemo potest duobus dnis seruire: aut enim unum odio habebit: et alterum diliget. aut unum sustinebit: et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mamone. Ideo dico uobis. Ne solliciti sitis anime ure quid manducetis: neq; corpi uro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca et corpus plus q̄ uestimentum. Respicite uolatilia celi. quoniam non seminant neq; metunt. neq; congregant in horrea. et pr ur pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis. Quis aut ex uram potest cogitans adicere ad staturam suam cubitum unum. Et de uestimento quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neq; nent. Dico aut uobis. quoniam nec salomon in omni gla sua coopertus est: sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic uestit: quanto magis minime fidei. Nolite ergo esse sollicti dicentes: quid manducabimus: aut quid bibemus. aut quo operiemur. Hec enim pr ur: quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iustitiam eius et omnia hec adicientur uobis. Nolite ergo sollicti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipi. Sufficit diei: malitia sua. Nolite iudicare: ut non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Et in qua mensura mensi fueritis: remetietur uobis

Quid autem uides festucam in oculo fris tui: et trabem in oculo tuo non uides. Aut quomodo dicis fri tuo: fine eiciam festucam de oculo tuo. et ecce trabes est in oculo tuo. Hypocrita: eice primū trabem de oculo tuo. Et tunc uidebis eicere festucam de oculo fris tui. Nolite dare scm canibus: neq; mittatis margaritas uras ante porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis: et conuersi dirumpant uos. Petite et dabitur uobis. Querite et inuenietis. Pulsate. et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. Aut quis ex uobis homo quem si petierit filius suus panem: numquid lapidem porriget ei. Aut si piscem petierit: numquid serpentē porriget ei. Si ergo uos cum sitis mali

ad

celestis

uobis

celestis

vos

vij.

data

Ex. scdm Matthæum

bonū

nostis bona dare filijs uīs quanto magis pr̄ ur̄ qui in celis est · dabit spm̄ petentibus se · Omnia ergo q̄
cumq; uultis ut faciant hominēs uobis: et uos facite eis · Hec enim lex est: & ppe.
Intrate p angustam ptam: quia lata pta et spacosa uia · que ducit ad perditionem: & multi sunt qui in
trant p eam · Quam angusta pta & arta uia que ducit ad uitam: & pauci sunt qui inueniunt eam · Attē
dite a falsis ppis: qui uenunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces · A fructibus
eor: cognoscetis eos · Numquid colligunt de spinis uuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona · fructus
bonos facit · Non potest arbor bona: fructus malos facere · neq; arbor mala fructus bonos facere · Omnis ar
bor que non facit fructum bonum: excidetur et in ignem mittetur · Igitur ex fructibus eor cognoscetis eos ·

mala aūt arbor fructus malos f

Non omnis qui dicit mihi dñe: dñe intrabit in regnum celor · Sed qui facit uoluntatē pr̄is mei qui in celis
est: ip̄e intrabit in regnum celor · Multi dicent mihi in illa die · Domine dñe: nonne in nōie tuo ppheta
mus: et in tuo nōie demonia eiecimus: et in tuo nōie uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis:
quia nunquā noui uos · Discedite a me: qui operamini iniquitatem · Omnis ergo qui audit uba mea hec et facit
ea: assimilabitur uiro sapienti · qui edificauit domū suam supra petram · Et descendit pluuia et uenerunt flu
mina et flauerunt uenti: & irruerunt in domum illam: et non cecidit · fundata enim erat supra petram · Et
omnis qui audit uba mea hec et non facit ea · similis erit uiro stulto: qui edificauit domū suam supra arenam
Et descendit pluuia: et uenerunt flumina: et flauerunt uenti: et irruerunt in domum illam & cecidit: &
fuit ruina eius magna · Et factum est cum consummasset ihs uerba hec: admirabant turbe sup doctrina
eius · Erat enim docens eos · sicut potestatē habens: & non sicut scribe eor & pharisei

ōia

c. 8.

Cum autem descendisset de monte: secute sunt eum turbe multe · Et ecce leprosus ueniens · adorabat
eum dicens · Domine: si uis potes me mundare · Et extendens manum: tetigit eum ihs dicens:
Volo: mundare · Et confestim mūdata est lepra eius · Et ait illi ihs · Vide neminī dixeris: sed uade ostende
te sacerdoti: et offer munus quod precepit moyses in testimoniū illis ·
Cum aūt introisset capharnaum · accessit ad eum centurio rogans eum & dicens · Domine: puer me
us iacet in domo paraliticus: et male torquetur · Et ait illi ihs · Ego ueniam: et curabo eum · Et respō
dens centurio ait: Domine: non sum dignus · ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uba: & sanabitur
puer meus · Nam et ego homo sum subpotestate constitutus: habens sub me milites et dico huic uade
et uadit · Et alij uenit · et uenit · Et seruo meo fac hoc et facit · Audiens autem ihs miratus est: et sequen
tibus se dixit · Amen dico uobis: non inuenī tantam fidem in isr̄l · Dico autem uobis · quod multi ab oriente
et occidente uenient: et recumbent cum abraham et ysaac · & iacob · in regno celor · Filij autem regni eicient
in tenebras exteriores: ibi erit fletus · & stridor dentium · Et dixit ihs centurioni · Vade: & sicut credidisti fiat
tibi · Et sanatus est puer in illa hora ·
Et cum uenisset ihs in domum · petri: uidit socrum eius iacentem et febricitantem: et tetigit manū eius
et dimisit eam febris · & surrexit: & ministrabat eis · Vespere autem facto: obtulerunt ei multos demo
niacos · Et eiciebat spūs ubo: et omnes male habentes curauit · Ut adimpleretur quod dictum est: per
ysaiam ppham dicentem · Ipe infirmitates nras tulit et egrotationes portauit · Videns autem ihs turbas
multas circa se iussit ire trans fretum
Et accedens unus scriba: ait illi · magister: sequar te quocumq; ieris · Et dicit ei ihs · Vulpes foueas
habent: et uolucres cli nidos: filius autem hominis non hē: ubi caput reclinet · Alius aūt discipu
lus eius ait illi · Domine: permitte me primum ire: et sepelire patrem meum · Ihs autem: ait illi · Sequere
me · Et dimitte mortuos sepelire mortuos suos · Et ascendente eo in nauiculam: secuti sunt eum discipli
ni eius · Et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus · Ipse autem dormiebat
Et accesserunt et suscitauerunt eum dicentes · Domine: saluum nos fac
Et dicit eis · Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit uentis et mari: et facta est tranquillitas
magna · Porro homines: mirati sunt dicentes · Qualis est hic: quia uenti et mare obediunt ei · Et cum
uenisset trans fretum in regionem gerasenor: occurrerunt ei duo habentes demonia · de monumentis ex
euntes sceuissimi: ita ut nemo posset transire per uiam illam · Et ecce clamauerunt dicentes · Quid nobis
et tibi ihu fili dei? Venisti hic ante tempus torquere nos · Erat autem non long ab illis: grex porco
rum multorum pascens · Demones autem · rogabāt eum dicentes · Si eicis nos mitte nos in gregem porco
Et ait illis · Ite · At illi exeuntes: abierunt in porcos · Et ecce impetu abiit totus grex preceps in mare: et
mortui sunt in aquis · Pastores autem: fugerunt · Et uenientes in ciuitatē nunciauerunt omnia: & de his
qui demonia habuerant · Et ecce tota ciuitas exiit obuiam ihu: & uiso eo: rogabant ut transiret a fi
Et ascendens ihs in nauiculam · transfretauit et uenit in ciuitatē suam · Et ecce · ix · mbus eor · c. 9.
offerebant ei paraliticum: iacentem in lecto · Et uidens ihs fidem illor: dixit paralitico · Confide
fili: remittuntur tibi pcā tua: Et quidam de scribis dixerunt intra se · Hic blasphemat · Et cum uidisset
ihs cogitationes eor: dixit · Ut quid cogitatis mala in cordibus uris? Quid est facilius dicere:
dimittuntur tibi pcā · aut dicere surge et ambula? Ut autem: sciatis autem: qm̄ filius hom̄is habet potes

tatem uterq; dimittendi pēa. Tunc ait paralytico. Surge: tolle lectum tuum: & uade in domum
tuam. Et surrexit: et abiit in domum suam. Videntes autem turbe: timuerunt. Et glorificauerunt
deum: qui dedit potestatem talem hominibz. Et cum transiret inde ihūs: uidit hominē sedē
tem in telonio: matheum nomine et ait illi. Sequere me. Et surgens: secutus est eum.
Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani: et peccatores uenientes discumbebāt cū ihū:
et discipulis eius. Et uidentes pharisei: dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & pēccatoribus manducat magister ur? Et ihūs audiens ait. Non est opus ualentibus medicus: sed male
ualentibus. Euntes autem discite: quid est mām uolo. et non sacrificium. Non enī uenī uocare iustos: sed peccatores
Tunc accesserunt ad eum discipuli johānis: dicentes. Quare nos pharisei ieiunamus frequenter:
discipuli autem tui nō ieiunant? Et ait illis ihūs. Numquid possunt filii sponsi lugere
quam diu cum illis est sponsus? Venient autē dies cum auferetur ab eis sponsus & tunc ieiunabunt. Nemo autem mittit cōmissionem panni rudis in uestimentum ueteris: tollit enim
plementum eius a uestimento: & peior scissura fit. Neq; mittunt uinū nouum in utres ueteres
alioquin: rumpuntur utres: uinū effunditur et utres pereunt. Sed uinū nouū in utres nouos
mittunt: et ambo conseruantur. Hec illo loquente ad eos ecce princeps unus accessit & adorabat
eum dicens. Filia mea modo defuncta est: sed ueni impone manum tuā super eam: et uiuet. Et surgens
ihūs sequebatur eum: et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duo
decim annis: accessit retro: et tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum uestimentum eius: salua ero. At ihūs conuersus et uidens eam: dixit. Confide filia:
fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier: ex illa hora. Et cum uenisset ihūs in domum principis: et uidisset tibicines: et turbam tumultuantem dixit. Recedite: non est enim mortua puella:
sed dormit. Et deridebant eum. Et cum ejecta esset turba. Intrauit et tenuit manum eius: et surrexit & dixit puella surge
puella. Et exiit fama hec: in uniuersam terram illam
Et transeunte inde ihū: secuti sunt eum duo ceci. clamantes et dicentes. Miserere nr̄i fili dauid
Cum autem uenisset domum: accesserunt ad eum ceci: et dicit eis ihūs. Creditis quia possum
hoc facere uobis? Dicunt ei. Utiq; dñe. Tunc tetigit oculos eorū dicens. Secundum fidem uestram: fiat
uobis. Et aperti sunt oculi eorū. Et cōminatus est eis ihūs dicens. Videte: ne quis sciat. Illi autē exeuntes: diffamauerunt eum in tota terra illa. Egressis autē illis. ecce obtulerunt ei hominē mutum: demonium habentem Et ejecto demonio. locutus est mutus. Et mirate sunt turbe dicentes. Numq; apparuit sic in israel. Pharisei autem dicebant. in principe demoniorum ejicit demones. Et circuibat ihūs ciuitates omnes: et castella: docens in synagogis eorū. Et predicans euāngelium regni: et curans omnē langworem: & omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis. quia erant uexati & iacentes: sicut oues non habentes pastore
Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa: operarii autem pauci. Rogate ergo dñm messis: ut
c. 10 mittat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis. dedit illis potestatem spūm
immundorum ut eicerent eos. Et curarent omnem langworem: et omnem infirmitatem. Duodecim autē
apl̄orum nomina sunt hec. Primus simon qui dicitur petrus: et andreas frater eius. Iacobus zebedei
et iohānes frr eius. Philippus et Bartholomeus. Thomas et matheus publicanus. Et iacobus alphei
et Thaddeus. Simon chananeus: & iudas scarioth qui & tradidit eum.
Hos duodecim misit ihūs: precipiens eis dicens. In uiam gentium ne abieritis: et in ciuitates
samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues: que perierunt domus isrl. Euntes autem predicate dicentes: q̄ appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate:
demones eicite. Gratis accepistis. gratis date. Nolite possidere aurum: neq; argentum: neq; pecuniam in zonis uris: non peram in uia: neq; duas tunicas: neq; calciamenta: neq; uirgam. Dignus enim operarius: cibo suo. In quamcumq; autem ciuitatem aut castellum intraueritis: interrogate quis in ea
dignus sit: & ibi manete: donec exeatis. Intrantes autem in domum: salutate eam dicentes. Pax
huic domui. Et si quidem fuerit domus digna. ueniat pax uestra super eam. Si aūt non fuerit dig
na: pax uestra ad uos reuertatur. Et quicumq; non receperit uos neq; audierit sermones uros:
exeuntes foras de domo uel ciuitate: excutite pulueren de pedibus uris. Amen dico uobis: tolle
rabilius erit terre sodomor & gomorreor in die iudicii quam illi ciuitati.
Ecce ego mitto uos: sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes &
simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibz. Tradent enim uos in consiliis: et in synagogis suis. flagellabunt uos. et ad presides & ad reges ducemini p̄pter me in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomō aut quid loquamini. Dabitur enī uobis
in illa hora: quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini: sed spūs p̄ris uri qui loquit in uo

Ev. sdm Matthæum.

bus·Tradet autem frē frem in mortem: et pr filium·et insurgent filii in parentes: et morte eos afficient
Et eritis odio omnibus: propter nomen meum·Qui autem perseuerauit usq; in finem: hic saluus erit
Cum autem persequent vos in ciuitate ista: fugite in aliam·Amen dico vobis: non consummabitis ciuita
tes isr'l donec veniat filius hominis·Non est discipulus sup magistrum: nec seruus sup dnm suū·Sufficit
discipulo: ut sit sicut magister eius·Et seruus sicut dns eius·Si patrem familias beelzebub vocaue
runt·quanto magis domesticos eius: Ne ergo timueritis eos·Nichil enim opertum quod non reuelabitur:
et occultum quod non sciatur·Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine: et quod in aure auditis: predi
cate super tecta·Et nolite timere eos qui occidunt corpus aiam autem non possunt occidere·Sed potius
eum timete: qui potest et aiam et corpus perdere in gehennam·Nonne duo passeres asse veneunt
et unus ex illis non cadit sup terram sine pre vro·Vestri autem et capilli capitis: omnes numerati sunt
Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos·Omnis ergo qui confitebitur me coram ho
minibus: confitebor et ego eum coram pre meo: qui in celis est·Qui autem negauit me coram homib⁹:
negabo et ego eum coram pre meo qui in celis est·Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in ter
ram: non veni pacem mittere sed gladium·Veni enim separare hominem adversus patrem suum: et filiā
adversus matrem suam: et nurum adversus socrum suam: et inimici hominis domestici eius·

Qui amat patrem aut matrem plusq; me non est me dignus·Qui amat filium aut filiam sup me: non est
me dignus·Et qui non accepit crucem et sequitur me·non est me dignus·Qui invenit aiam suā
perdet illam·Et qui perdiderit aiam suam propter me: inveniet eam·Qui recipit vos me recipit·Et qui me re
cipit·recipit eum qui me misit·Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedem prophete accipiet·Et qui recipit
iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet·Et quicunq; potum dederit uni ex minimis istis calicem a
que frigide·tantum in nomine discipuli·Amen dico vobis·non perdet mercedem suam·Et factū est cum c. xi.
consummasset ihs precipiens duodecim discipulis suis·transiit inde: ut doceret et predicaret in ciuita
tibus eorū·

Iohannes autem cum audisset in vinculis opa xpi: mittens duos de discipulis suis: ait illi·Tu es q
venturus es: aliū expectamus? Et respondens ihs ait illis·Euntes renuntiate iohanni: que audi
tis: et vidistis: cęci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur·surdi audiunt: mortui resurgunt:
pauperes evāgelizant·Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me·Illis autem abeuntibus: cepit
ihs dicere de iohanne·Quid existis in desertum videre arundinem vento agitatum: Sed
quid existis videre hominem mollibus vestitum: Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sūt
Sed quid existis videre prophetam: Etiam dico vobis: et plusq; prophetam·Hic est enim de quo scriptum est
Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te·Amen dico vobis: non
surrexit inter natos mulierum maior ihe bapte·Qui autem minor est in regno celorū maior est illo·A die
bus autem iohis baptiste usq; nunc: regnum celorū: vim patitur: et violenti rapiunt illud·Omnes
enim prophete et lex: usq; iohannem prophetauerunt·Et si vultis suscipere·ipe est helias qui venturus est·Qui habet
aures audiendi audiat

Cui autem similem estimabo generationem istam: Simile est pueris sedentibus in foro: qui clamā
tes coequalibus dicunt cecinimus vobis et non saltastis·Lamentauimus: et non planxistis·Venit
enim iohes neq; manducans et bibens: et dicunt demonium habet·Venit filius hominis manducā
ns et bibens et dicunt·Ecce homo vorax: et potator vini: publicanorū et peccatorū amicus·Et iustificata
est sapia: a filiis suis·Tunc cepit exprobrare civitatibus: in quibus facte sunt plurime virtutes eius:
quia non egissent penitentiam·Ve tibi corozain ve tibi bethsaida·Quia si in tyro et sydone facte essent
virtutes que facte sunt in vobis: olim in cilicio et cinere penitentiam egissent·Verumtamen dico vobis
Tyro et sydoni remissius erit in die iudicii quam vobis·Et tu capharnaum: numquid usq; in celum ex
altaberis: usq; in infernum descendes·Quia si in sodomis facte fuissent virtutes: que facte sunt in te
forte mansissent usq; in hodiernum diem·Verumtamen dico vobis·Quia terre sodomorū remissius erit in die iu
dicii quā tibi·In illo tempore: respondens ihs dixit·Confitebor tibi pr dne celi et terre quia abscondisti hec
a sapientibus et prudentib⁹ et revelasti ea parvulis·Ita pr: qm sic fuit placitum ante te·Omnia mihi
tradita sunt a patre meo·Et nemo novit filium·nisi pr·Neq; patrem quis novit nisi filius·et cui voluit
filius revelare·Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos·Tollite iugū
meum sup vos: et discite a me quia mitis sum: et humilis corde·Et invenietis requiem animabus
vris Iugum enim meum suave est: et onus meum leve·

In illo tempore: Abiit ihs sabbato per sata: discipuli autem eius esurientes: ceperunt vellere spicas et
manducare·Pharisei videntes autem: dixerunt ei·Ecce discipuli tui faciunt: quod non licet eis fa
cere sabbatis·At ille dixit eis·Non legistis quid fecerit dauid quando esurivit et qui cum eo erāt
Quomodo intravit in domum dei: et panes propositionis comedit quos non licebat ei edere: neq;
his qui cum eo erant·nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege: quia sabbatis sacerdotes

nitemplo sabbatum uiolant: et sine crimine sunt? Dico autem uobis: quia templo maior est hic. Si au
tem scietis quid est mīam uolo et non sacrificium: nunquam condempnassetis innocentes. Domi
est enim filius hominis: etiam sabbati.

Et cum inde transisset uenit in synagogam eor. Et ecce homo habens manum aridam: et inten
debant eum dicentes. Si licet sabbatis curare: ut accusarent eum. Ipe autem dixit illis. Quis est
ex uobis homo qui hīt ouem unam: et si ceciderit hec sabbatis in foueam. nōne tenebit et leuabit
eam? Quanto magis melior est homo oue. Ita licet sabbatis bene facere. Tunc ait homini. Exten
de manum tuam: et extendit. Et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei: consi
lium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent. Jhūs autem sciens recessit inde. Et secuti sunt eum
te: et curauit eos omnes. Et precepit eis: ne manifestum eum facerent. Ut adimpleretur quod dictum e
per ysaiam pphām dicentem. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus in quo bene complacuit anime
mee. Ponam spīm meum sup eum: et iudicium gentibus nunciabit. Non contendet: neq; clamabit
neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Harundinem quassatam non conteret: et linum fu
migans non extinguet. Donec eiciat ad uictoriam iudicium: et in nōmine eius gentes sperabunt.
Tunc oblatus est ei demonium habens cecus et mutus et curauit eum: ita ut loqueretur et uideret
Et stupebant omnes turbe: et dicebant. Numquid hic est filius dauid? Pharisei autem audien
tes dixerunt. Hic non eiicit demones nisi in beelzebub principe demoniorum. Jhūs autem sciens cogita
tiones eorum: dixit eis. Omne regnum diuisum contra se desolabitur: et omnis ciuitas uel dom⁹
diuisa contra se non stabit. Et si sathanas sathanan eiicit aduersus se diuisus est: quomodo stabit
regnum eius? Et si ego in beelzebub eicio demones: filii uestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices erunt
uestri. Si autem ego in spū dei eicio demones: igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest qui
quam intrare in domum fortis et uasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem: et tunc domum
illius diripiet? Qui non est mecum contra me est. Et qui congregat mecum: spargit. Ideo dico uobis
Omne peccm et blasphemia remittetur hominibus: spūs autem blasphemie non remittetur. Et
quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis: remittetur ei. Qui autem dixerit contra spīm scm: non
non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Aut facite arborem bonam: et fructum eius bo
num. Aut facite arborem malam: et fructum eius malum. Ex fructu enim arbor agnoscit. Proge
nies uiperarum: quomodo potestis bona loqui cum sitis mali: ex habundantia enim cordis os loquit
Homis homo de bono thesauro profert bona. Et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico au
tem uobis. Quōd omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines: reddent de eo rationem die iudicii
ex uerbis enim tuis iustificaberis: et ex uerbis tuis condempnaberis.

Tunc respondentes quidam de scribis et pharisei dicentes. Magister uolumus a te signum uide
re. Qui respondens ait illis. Generatio mala et adultera signum querit: et signum non dabitur ei nisi
signum ione pphe. Sicut enim fuit ione in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus: sic erit fi
lius hominis in corde terre. tribus diebus et tribus noctibus. Uiri ninuite surgent in iudicio cum ge
neratione ista. et condempnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce plusquam
ione hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista. et condempnabit eam: quia uenit a finibus
terre audire sapientiam salomonis: et ecce plusq; salomon hic. Cum autem immundus spūs exierit
ab homine. ambulat per loca arida: querit requiem et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam
unde exiui. Et ueniens. inuenit uacantem: scopis mundatam. et ornatam. Tunc uadit et assumit septem
alios spūs secum nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius. peiora
prioribus. Sic erit. et generationi huic pessime

Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fres stabant foris. querentes loqui ei. Dixit aut
em quidam. Ecce mater tua et fres tui foris stant: querentes te. At ipe respondens. dicenti sibi aut.
Quae est mater mea: et qui sunt fres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater
mea et fres mei. Quicunq; enim fecerit uoluntatē patris mei qui in celis est ipe mus et fr̄ soror et mater est
In illo tempore: exiens ihūs de domo sedebat secus mare: et congregate sunt ad eum turbe multe. Ita ut in
nauicula ascendens sederet: et omnis turba stabat in litore. Et locutus est eis multa in parabolis dicēs
Ecce exiit qui seminat: seminare semen suum. Et dum seminat. quedam ceciderunt secus uiam: et ue
nerunt uolucres et comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa: ubi non habebant terram mul
tam: et continuo exorta sunt: quia non habebant altitudinem terre. Sole autem orto: estuauerūt
Et quia non habebant radicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas et creuerunt spine et suf
focauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam: et dabant fructum. aliud centesimum: aliud sex
agesimum: aliud tricesimū. Qui hīt aures audiendi audiat. Et accedentes discipli: dixerūt ei. Quare in
parabolis loqueris eis? Qui respondens ait illis. Quia uobis datum est nosse misteria regni celorū:
illis aūt non est datum. Qui enim habet dabitur ei. et abundabit. Qui aūt non habet: et qd hīt

Ev. scm Matthew.

auferetur abeo. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, non audiunt: neq; intelligent
intelligunt. Et adimplebitur in eis ppheta ysaie dicens. Auditu audietis: et non intelligetis. Et videntes videbitis. et non videbitis. Incrassatum est enim cor ppli hujus: et auribus gravit audierunt:
et oculos suos clauserunt. Nequando videant oculis. et auribus audiant: et corde intelligant: et convertantur: et sanem eos. Vrē autem bti oculi quia vident. et aures vre quia audiunt. Amen quippe dico
vobis. Quia multi pphe et justi cupierunt videre que videtis: et non viderunt. Et audire que auditis et nō
audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Omis qui audit verbum regni et non intelligit.
venit malus. et rapit quod seminatū est in corde ejus. Hic est: qui secus viam seminatus est. Qui autem
supra petrosa seminatus est: hic est qui verbum audit: et continuo cum gaudio accipit illud. Non hꝫ autē
in se radicem: sed est temporalis. Facta autem tribulacone et persecutione propter verbum continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis: hic est qui verbum audit: et sollicitudo seculi hujus: et fallacia
divitiarū suffocat verbum: et sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est hic ē qui au
dit verbum et intelligit: et fructum affert. et facit. Aliud quidem centesimum: aliud autem sexagesimū:
aliud vero tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile factum est regnū celorum
homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus ejus
et superseminavit zizania in medio tritici: et abiit. Cum autem crevisset herba et fructum fecisset tunc appa
ruerunt et zizania. Accedentes autem servi patris familias dixerunt ei. Domine: nonne bonum semen
seminasti in agro tuo: unde ergo hꝫ zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Servi autē dixe
runt ei. Vis imus et colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum
eis et triticum. Sinite utraq; crescere: usq; ad messem: et in tempore messis: dicam messoribus. Colligite
primum zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meū.
Aliam parabolam proposuit eis dicens. Simile est regnum celorum grano sinapis: quod accepto homo:
seminavit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creverit: maius est omnibus
holeribus et fit arbor: ita ut volucres celi veniant et habitent in ramis ejus. Aliam parabolam locutus
est eis. Simile est regnum celorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farine sata tribus
donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est jhus in parabolis ad turbas: et sine parabolis
non loquebatur eis ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis: venit in domū. Et accesserunt
ad eum discipuli ejus: dicentes. Edissere nobis parabolam: zizaniorum agri. Qui respondens: ait
Qui seminat bonum semen: est filius hominis. Ager autem: est mundus. Bonum vero semē
hi sunt filii regni. zizania autem: filii sunt nequā. Inimicus autem qui seminavit ea: est diabolus
messis vero: consummatio seculi est. Messores autem: angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania et igni
conburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno
ejus omnia scandala: et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminū ignis: ibi erit fle
tus et stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol: in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi: audi
at. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo abscondit: et pregaudio
illius vadit et vendit omnia que hꝫt: et emit agrum illū. Iterum simile est regnū celorum homini negotiatori:
querenti bonas margaritas. Inventa autē una pretiosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit: et emit
eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscū congreganti. Quam
cum impleta esset educentes: et sedentes littus elegerunt bonos in vasa. malos aūt foras miserūt
Sic erit in consummatione seculi. Exibūt angeli: et separabunt malos de medio justorum: et mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. etiā. Ait illis. Ideo omnis scriba
doctus in regno celorum: similis est homini patri familias. qui profert de thesauro suo: nova et vetera. Et factū est cū
consummasset jhus parabolas istas transtulit inde. Et veniens in patriam suam: docebat eos in synagogis eorum ita
ut mirarentur: et dicerent. Unde huic sapia hec: et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur
maria? Et fratres ejus jacobus et joseph: et simon: et judas? Et sorores ejus. nonne omnes apud nos sunt?
Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Jhus autem: dixit eis. Non est propheta sine honore: ni
si in patria sua: et in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas: propter incredulitatem illorum. xmj
In illo tempore: audivit herodes tetrarcha famam jhu: et ait pueris suis. Hic est johes baptista. ipse surrexit C. 14.
a mortuis: et ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit johem et alligavit eum: et posuit in car
cere propter herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi johes: non licet tibi habere eam. Et volens
illum occidere timuit plebem: quia sicut prophetam eum habebant. Die autem natalis herodis. saltavit filia
herodiadis in medio et placuit herodi. Unde cum juramento pollicitus est ei dare: quodcumq; postu
lasset abeo. At illa premonita a matre sua. Da mihi inquit hic in disco: caput johis baptiste. Et con
tristatus est rex. propter juramentū autē: et eos qui pariter recumbebant. jussit dari. Misitq;
et decollavit johem in carcere: et allatum est caput ejus in disco: et datum est puelle: et tulit

matri sue·Et accedentes discipuli eius: tulerunt corpus: et sepelierunt illud·Et uenientes: nunciauerunt ihu·Quod cum audisset ihus secessit inde in nauicula: in locum desertum seorsum·Et cū audissent turbe: secute sunt eum pedestres de ciuitatibus·Exiens uidit turbam multam: & misertus est eis: et curauit languidos eorum·Ysepe autem die accesserunt ad eum discipuli eius: dicentes·De sertus est locus: & hora iam preterit·Dimitte turbas·ut euntes in castella: emant sibi cibos·Ihus autē dixit eis·Non habent necesse ire: date illis uos manducare·Responderunt ei·Non habemus hic nisi quinq; panes: et duos pisces·Qui ait eis·Afferte illos mihi huc·Et cum iussisset turbam discumbere sup fenū: acceptis quinq; panibus et duobus piscibus: aspiciens in celum benedixit et fregit et dedit discipulis panes: discipuli autem turbis·Et manducauerunt omnes et sa turati sunt·Et tulerunt reliquias: duodecim cophinos fragmentorū plenos·Manducantiū aut fuit numerus quinq; milia uirorū exceptis mulieribus et paruulis·Et statim iussit ihs discipulos ascendere nauiculam: et precedere eum trans fretum: donec dimitteret turbas·Et dimissa turba ascendit montem solus orare·Ysepe autem cū: solus erat ibi·Nauicula autē: in medio mari iac tabatur fluctibus: erat enim contrarius uentus·Quarta autem uigilia noctis: uenit ad eos ambulans sup mare·Et uidentes eum sup mare ambulātē: turbati sunt dicentes: quia fantasma e Et pre timore: clamauerunt: Statimq; ihus: locutus est eis dicens·Habete fiduciā·Ego sum: nolite time Respondens autē petrus dixit·Domine: si tu es: iube me uenire ad te sup aquas·At ipe ait: ueni·Et descendens de nauicula ambula sup aquam: ut ueniret ad ihm·Videns uero uentū ualidum: timuit·Et cum cepisset mergi: clamauit dicens·Dne: saluū me fac·Et continuo ihus extendens manum apprehendit eum: & ait illi·Modice fidei·quare dubitasti?·Et cum ascendisset in nauicula: cessauit uentus·Qui autem in nauicula erant: uenerunt et adorauerunt eum dicentes·Vere: filius dei es·Et cū transfretassent uenerunt in terram genesar·Et cum cognouissent eum uiri loci illi misserunt in uniuersam regionem illam: & obtulerunt ei omnes male habentes: et rogabant eū ut ul' fimbriam uestimenti eius tangerent·Et quicunq; tetigerunt: salui facti sunt·

·xv·

C. 15. Tunc accesserunt ad eum ab iherosolimis scribe et pharisei dicentes·Quare discipuli tui trās grediuntur traditionem seniorū? Non enim manus suas: cum panem manducant·Ipe aut respondens: ait illis·Quare et uos transgredimini mandatum dei: propter traditionem uram?·Nam deus dixit·Honora patrem et matrem: & qui maledixerit patri ul' matri: morte moriatur·Vos autem dicitis quicunq; dixerit patri ul' matri munus quodcunq; est ex me tibi proderit·& non honorificauit patrem suū aut matrem: & irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uram·Hypocrite·bene prophauit de uobis esaias dicens·Populus hic labijs me honorat: cor autē eorū longe est a me·Sine causa aut colunt me docentes doctrinas & mandata homim·Et conuocatis ad se turbis: dixit eis·Audite: & intelligite·Non quod intrat in os: coinquinat hominem: sed quod procedit de ore: hoc coinquinat hominē Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei·Scis quia pharisei audito uerbo scandalizati sunt·At ille respondens: ait·Omnis plantatio quam non plantauit pr meus celestis: eradicabit·Sinite illos ceci sunt: duces ceci·Cecus autem si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt·Respondens autem petrus: dixit ei·Edissere nobis parabolam istam·At ille dixit·Adhuc nos sine intellectus sumus?·Non intelligitis quia omne quod in os intrat in uentrem: & in secessum emittitur Que autem procedunt de ore de corde exeunt: & ea coinquinant hominem·De corde enim exeunt cogitationes male·Homicidia: adulteria fornicationes: furta: falsa testimonia·blasphemie hec sunt que coinquināt hominē·Non lotis autem manibus manducare: non coinquinat hominem·Et egressus inde ihus: secessit in partes tyri: et sydonis·Et ecce mulier chananea: a finib⁹ illis egressa: clamauit et dicens·Miserere mei dne fili dauid: filia mea male a demonio uexatur·Qui nō respondit ei uerbum·Et accedentes discipuli eius: rogabant eum dicentes·Dimitte eam: quia clamat post nos·Ipe autem respondens ait·Non sum missus: nisi ad oues que perierunt domus isrl·At illa uenit: et adorauit eum dicens·Domine: adiuua me·Qui respondens ait·Non est bonū sumere panem filiorū: & mittere canibus·At illa dixit·Etiam dne·Nam et catelli edunt de micis: que cadūt de mensa dnoꝝ suoꝝ·Tunc respondens ihus: ait illi·O mulier: magna est fides tua: fiat tibi sicut uis·Et sanata est filia illius: ex illa hora·Et cum transisset inde ihus: uenit secus mare galilee·Et ascendens in montem: sedebat ibi·Et accesserunt ad eum turbe multe: habentes secum mutos: claudos debiles: & alios multos·Et proiecerunt eos ad pedes eius: et curauit eos: ita ut turbe mirarentur uidentes mutos loquentes: claudos ambulantes: cecos uidentes·Et magnificabant deum isrl·Ihus autem conuocatis discipulis suis dixit·Misereor turbe: quia triduo iam perseuerant mecum: & non habent quod manducent·Et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in uia Et dicunt ei discipuli·Vnde ergo nobis in deserto panes tantos: ut saturemus turbam tantā? Et ait illis ihus·Quot panes habetis?·At illi dixerunt septem: & paucos pisciculos·Et pre

Ev. sctm Matthæum.

cepit turbe: ut discumberent super fenum. Et accipiens septem panes et pisces: gñas agens: fregit: et dedit discipulis suis: et discipuli dederunt pplo. Et comederunt omnes: et saturati sunt. Et quod sup fuit de fragmentis: tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducabant quatuor milia hominū extra puulos et mulieres. Et continuo ascendit in nauicula et uenit in fines magedan. C. 16.
Et accesserunt ad eū pharisei: et saduc̄i temptantes. rogauerūt eum: ut signum de celo ostenderet eis
Ille uero respondens: ait eis. Facto uespere: dicitis serenum erit: rubricundum est enim celum. Et mane hodie tempestas: rutilat enim triste celum. Faciem ergo celi dinoscere nostis: signa aut̄ temporum non potestis. Generatio mala et adultera signum querit: et signum non dabitur ei: nisi signū ione
Et relictis illis abiit. Et cum uenissent discipuli eius trans fretum: obliti sunt panes sumere. Qui dixit illis
Intuemini: et cauete a fermento pharisęor: et saduceor. Illi cogitabant inter se dicentes. quia panes nō sumpsimus. Sciens aut̄ ihus: dixit. Quid cogitatis inter uos modicę fidei. quia panes non habetis
Nondum intelligitis neq; recordamini. v. panum et quinq; milia hominū: et quot cophinos sumpsistis: Neq; septem panum et quatuor milia hoīm et quot sportas sumpsistis: Quare non intelligitis: quia non de pane dixi uobis. cauete a fermento pharisęor et saduceor. Tunc intellexerunt: quia
non dixerit cauendum a fermento panum: sed a doctrina et saduceor. xvi pharisęor
Uenit autem ihus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis: Illi dixerunt. Alii iohem baptistam: alii autem helyam: alii uero
ieremiam aut unum ex pphis. Dicit illis ihus. Uos aut̄: quem me esse dicitis: Respondens symō petrus
dixit. Tu es xp̄us filius dei uiui. Respondens autem ihus dixit ei. Beatus es symō bariona: quia caro et
sanguis non reuelauit tibi: sed p̄r meus qui in celis est. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: et sup hanc
petram: edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi: non preualebunt aduersus eam. et tibi dabo claues
regni celor. Et quodcumq; ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcumq; solueris super terram:
erit solutum et in celis. Tunc precepit discipulis suis: ut nemini dicerent: quia ipse esset ihus xp̄us.
Exinde cepit ihus ostendere discipulis suis: quia oportet eum ire hierosolimam et multa pati a senioribus
et scribis: et principibus sacerdotum: et occidi: et tertia die resurgere. Et assumens eum petrus: cepit increpare illum dicens. Absit a te dñe: non erit tibi hoc. Qui conuersus: dixit petro. Uade post me satha
nas scandalum es mihi. Quia non sapis ea quę dei sunt. sed quę hominū. Tunc ihus dixit discipulis
suis. Si quis uult uenire post me abneget semetipm: et tollat crucem suam: et sequatur me. Qui enim uo
luerit animam suam saluam facere: perdet eam. Qui autem perdiderit aiam suam ppter me. inueniet eam. Quid
enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur anime uero sue detrimentum patiatur: Aut quam dabit
homo cōmutationem pro anima sua. Filius enim hois uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Et tunc
reddet unicuiq; secm opa eius. Amen dico uobis. Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem
donec uideant filium hominis uenientem in regno suo xvii.
Et post dies sex assumpsit ihus petrum et iacobum et iohem fratrem eius. et duxit illos in montem excelsum
seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: uestimenta autem eius
facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit illis moyses et helyas: cum eo loquentes. Respondens aut̄ petrus:
dixit ad ihm. Domine: bonum est nos hic esse si uis faciamus hic tria tabernacula. Tibi unū moysi unū.
et helie unū. adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube dicens. Hic est fili
us meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderunt in facies suas
et timuerunt ualde. Et accessit ihus et tetigit eos: dixitq; eis. Surgite et nolite timere. Leuantes autem
oculos suos: neminem uiderunt nisi solum ihm. Et descendentibus illis de monte: precepit illis ihus dicens.
Nemini dixeritis uisionem donec filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli dicentes. Quid
ergo scribe dicunt quod helyā oportet primū uenire. Ille respondens: ait eis. Helyas quidem uenturus est: et resti
tuet omnia. Dico autem uobis. Quia helyas iam uenit: et non cognouerunt eum sed fecerunt in eo quecumq; uo
luerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli: quia de ioh̄e baptista dixisset eis.
Et cum uenissent ad turbam: accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens. Domine miserere filio
meo quia lunaticus est: et male patitur. Nam sepe cadit in ignem: et crebro in aquam. Et obtuli eum discī
pulis tuis: et non potuerunt curare eum. Respondens ihus ait. O generatio incredula et prua: quous
que ero uobiscum: usq; quo patiar uos: Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum ihus: et exiit
ab eo demonium. Et sanatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad ihm secreto et dixerunt:
Quare nos non potuimus eicere illum: Dicit illis. Propter incredulitatē uestram. Amen quippe dico uobis.
Si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis huic monti. transi hinc illuc et transibit. Et nichil impossibile erit uobis. Hoc genus non eicit
nisi oratione et ieiunio. Conuersantibus autem eis in galilea: dixit illis ihus. Filius hominis tradendus
est in manus hominū: et occident eum: et tertia die resurget. Et contristati sunt ualde. Et cum
uenissent capharnaum. accesserunt q didragma accipiebant ad petrum et dixerunt ei. Magister ur
non soluit didragma aut etiam. Et cum intrasset in domū: preuenit eum ihus dicens. Quid tibi uide

dragma

et dicetis monti huic
transi

symon? Reges ter a quibus accipiunt tributum vl' censum a filys suis? an ab alienis? Et ille dixit ab alienis
Dixit illi ihs. Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos? vade ad mare. et mitte hamum: et
eum piscem qui primus ascenderit tolle. Et apto ore eius? invenies staterem. Illum sumens? da eis pro mee te.

C. 18. In illa hora accesserunt discipli ad ihm? dicentes. Quis putas maior est in regno celoz?
Et advocans ihs puerum? statuit eum in medio eoz? et dixit. Amen dico vobis? nisi conversi fueritis.
et efficiamini sicut pueri? non intrabitis in regnum celoz. Quicunq; ergo humiliaverit se sicut puerus
iste. hic est maior in regno celoz. Et qui susceperit unum puerum talem in nomine meo. me suscipit. Qui aut
scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt? expedit ei ut suspendatur mola asinaria in col
lo eius? et demergatur in profundum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enim? ut veniant scan
dala. Verumtamen ve homini per quem scandalum venit. Si autem manus tua vl' pes tuus scandalizat te? abscin
de eum et proice abste. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vl' claudum? quam duas manus vl' duos pedes
habentem? mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te? erue eum? et proice abste. Bonum tibi est
unum oculum habentem magis intrare in vitam? quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne con
temnatis unum ex hys pusillis. Dico enim vobis. Quia angeli eoz in celis semp vident faciem patris mei
qui in celis est. Venit enim filius hominis salvare quod perierat. Quid vobis videtur? si fuerint alicui. c. oues
et erraverit una ex eis. nonne relinquet nonaginta novem in montibus? et vadit querere eam que erravit
Et si contigerit ut inveniat eam? amen dico vobis? quia gaudet super eam magis quam super nonagin
ta que non erraverunt. Sic erit voluntas ante patrem vestrum? qui in celis est? ut non pereat unus
de pusillis istis. Si peccaverit frater tuus in te? vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit? lucratus eris
fratrem tuum. Si autem non te audierit? adhibe tecum adhuc unum vl' duos ut in ore duoz testium vl' trium? stet omne ver
bum. Quod si non audierit eos? dic ecclie. Si autem ecclesiam non audierit? sit tibi sicut ethnicus et publicanus
Amen dico vobis? quecunq; alligaveritis super terram? erunt ligata et in celo. Et quecunq; solveritis super ter
ram? erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis. Quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunq;
petierint? fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi sunt duo vl' tres congregati in nomine meo? ibi sum in medio
eoz. Tunc accedens petrus ad eum? dixit. Domine? quoties peccabit in me frater meus. et dimittam ei usq; septies?
Dicit illi ihs. Non dico tibi usq; septies? sed usq; septuagies septies. Ideo assimilatum est regnum celoz homini regi
qui voluit rationem ponere cum oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet
unde redderet? iussit eum dominus venumdari? et uxorem eius? et filios? et omnia que habebat et reddi. Provolvens
autem servus ille? orabat eum dicens. Patientiam habe in me? et omnia reddam tibi. Misertus est autem
dominus servi illius et dimisit eum? et debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille? invenit unum de conser
vis suis ille? qui debebat centum denarios. Et tenens? suffocabat
eum dicens. Redde quod debes. Et provolvens conservus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me.
et omnia reddam tibi. Ille autem noluit? sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet debitum
Videntes autem conservi eius que fiebant? contristati sunt valde. Et venerunt et narraverunt domino suo
omnia que facta fuerant. Tunc vocavit eum dominus suus et ait illi. Serve nequam omne debitum dimisi tibi
quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conservo tuo? sicut et ego misertus tui sum? Et iratus
dominus eius tradidit eum tortoribus? quoadusq; redderet universum debitum. Sic et pater meus celestis faciet
vobis. si non remiseritis unusquisq; fratri suo? de cordibus vestris. Et factum est cum consummasset ihs sermo
nes istos. migravit a galilea? et venit in fines iudee trans iordanem. Et secute sunt eum turbe mul
te. et curavit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisei? temptantes eum dicentes. Si licet homini dimit
tere uxorem suam? quacunq; ex causa? Qui respondens? ait eis. Non legistis quia qui fecit ab initio masculum et
feminam fecit eos. Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem? et adherebit uxori
sue et erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo? sed una caro. Quod ergo deus coniunxit? homo
non separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses mandavit dare libellum repudii? et dimittere? Ait illis. Quia mo
yses ad duritiam cordis vestri? permisit vobis dimittere uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Dico autem
vobis quia quicunq; dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit? mechatur. Dicunt ei
discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore? non expedit matrimonium. Qui dixit. Non omnes capiunt
verbum istud. sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi? qui de utero matris sue sic nati sunt. Et sunt eu
nuchi qui facti sunt ab hominibus? et sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt? propter regnum celoz.
Qui potest capere capiat

Tunc oblati sunt ei pueri. ut manus eis imponeret? et oraret. Discipuli autem? increpabant eos
Ihs vero? ait eis. Sinite pueros? et nolite prohibere eos venire ad me. Talium est enim regnum celoz. Et cum impo
suisset eis manus? abiit inde. Et ecce unus accedens? ait illi. Magister bone?
quid boni faciam? ut habeam vitam eternam. Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono? Unus
est bonus deus. Si autem vis ad vitam ingredi? serva mandata. Dicit illi. Que? Ihs autem
dixit. Non homicidium facies. non adulterabis? non facies furtum non falsum testimonium

dices honora pēm et mātem: et diliges proximum tuum sicut teipm. Dicit illi adolescens: Omnia hec custodiui: quid adhuc michi desit? Ait illi ihs Si uis perfectus esse uade et uende omnia que habes et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo: et ueni sequere me. Cum autem audisset adolescens uerbum abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Ihs autem dixit discipulis suis Amen dico uobis quia diues difficile intrabit in regnum celoz. Et iterum dico uobis. Facilius est camelum per foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnū celoz. Audientes autem hec discipuli mirabantur ualde dicentes. Quis ergo potest saluus esse? Aspiciens ihs dixit. Apud homines hoc impossibile est: apud deū omnia possibilia sunt. Tunc respondens petrus: dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te Quid ergo erit nobis? Ihs autem: dixit illis. Amen dico uobis: quod uos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. Sedebitis et uos super sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus isrl. Et omnis qui reliquerit domū fres uel. aut sorores. aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios. aut agros. propter meum nomen. centuplum accipiet: et uitam eternam possidebit. Multi erunt autem primi nouissimi: et nouissimi primi.

xx.

Simile est regnum celoz homini patrifamilias. qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in uineam suā Et egressus circa horam tertiam: uidit alios stantes in foro otiosos: et illis dixit. Ite et uos in uineam meā et quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa horam sextam et nonam horam et fecit similiter. Cum undecimam horam uero exiit: et inuenit alios stantes et dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et uos in uineam meā Cum sero autem factum esset. dicit dns uinee procuratori suo. Voca operarios: et redde illis mercedem incipiens a nouissimis. usq; ad primos. Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant: acceperunt singulos denarios. Et accipientes: murmurabant aduersus patrem familias: dicentes. Hi nouissimi una hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti: qui portauimus pondus diei et estus? At ille respondens unicui dixit. Amice: non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est et uade. Volo autem et huic nouissimo dare: sicut et tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere? an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enim sunt uocati. pauci autem electi. Et ascendens ihs hierosolimam: assumpsit xii discipulos se. Ecce ascendimus hierosolimam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis. et condemnabunt eum morte Et tradent eum gentibus ad illudendum: et flagellandum et crucifigendum et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei. cum filiis suis. adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei Quid uis? Ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam. et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem ihs dixit. Nescitis: quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Dicunt ei: possumus. Ait illis. Calicem meum quidem bibetis: sedere autem ad dexteram meam. et ad sinistram non est meum dare uobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes. x. indignati sunt de duobus fratribus. Ihs autem uocauit eos ad se et ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: et qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter uos. Sed quicumq; uoluerit inter uos maior fieri: sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse: erit uester seruus. Sicut filius hominis non uenit ministrari: sed ministrare. Et dare animam suam redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab hiericho secuta sunt eum turbe multe. Et ecce duo ceci sedentes secus uiam: audientes quia ihs transiret clamauerunt dicentes. Domine: miserere nri fili dauid. Turba autem minabat eis ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Domine: miserere nri fili dauid. Et stans ihs et uocauit eos et ait. Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi dne: ut aperiantur oculi nri. Misertus autem eorum ihs: tetigit oculos eorum. Et confestim uiderunt: et secuti sunt eum.

xxi

Et cum adpropinquasset hierosolimis. et uenissent bethfage ad montem oliueti. Tunc ihs misit duos discipulos suos. dicens eis. Ite in castellum: quod contra uos est: et statim inuenietis asinam alligatam: et pullum cum ea. Soluite: et adducite michi. Et si quis uobis aliquid dixerit dicite quia dns his opus habet: et confestim dimittet eos. Hoc autem factum est. ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie syon. ecce rex tuus uenit tibi mansuetus: et sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli: fecerunt sicut precepit illis. Et adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos uestimenta sua: et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. alii autem cedebant ramos de arboribus et sternebant in uia. Turbe autem que precedebant: et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna fili dauid: benedictus qui uenit in nomine dni osanna in altissimis. Et cum intrasset hierosolimam commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic. Populi autem dicebant. hic est ihs ppha: a nazareth galilee. Et intrauit ihs in templum dei: et eiiciebat omnes uendentes et ementes in templo: et mensas nummulariorum: et cathedras uendentium columbas euertit

ejecētes a
arbitrati su
essent accep
rūt aūt ip
denarios.

ceto et illis

ihs

tota

aut

et dixit eis · Scriptum est: domus mea domus orōnis uocabitur · Vos autem: fecistis illam spelunca latronum · Et accesserunt ad eum cec et claudi in templo et sanauit eos · Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamantes in templo et dicentes · Osanna filio dauid: indignati sūt et dixerunt ei · Audis quid isti dicunt? Ihus autem: dixit eis · Vtiq; nunq̄ legistis · quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem · Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniā ibiq; mansit pernoctabat

Mane autem reuertens in ciuitatem: esuriit · Et uidens ficū arborem unam secus uiam uenit ad eam: nichil inuenit in ea nisi folia tantum · Et ait illi · Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum · Et aruefacta est · continuo ficulnea · Et uidentes discipuli: mirati sunt dicentes · Quomodo continuo aruit? Respondens autem ihus: ait eis · Amen dico uobis · Si habueritis fidem: et non hesitaueritis: non solum de ficulnea facietis · sed et si monti huic dixeritis tolle et iacta te in mare fiet · Et omnia quecunq; petieritis in oratione: credentes accipietis · Et cum uenisset in templum: accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum: et seniores populi dicentes · In qua potestate hec facis et quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens ihus: dixit eis Interrogabo uos et ego unum sermonem: quē si dixeritis mihi: et ego dicam uobis in qua potestate hec facio · Baptisma ioānis unde erat: de celo an ex hominibus? At illi cogitabant inter se: dicentes · Si dixerimus de celo: dicet nobis: quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam · Omnes enim habebant ioānem sicut prophetam · Et respondentes ihu: dixerunt · Nescimus · Ait illis et ipse · Nec ego dico uobis in qua potestate hec facio · Quid autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios: et accedens ad primū dixit · fili uade hodie operare in uinea mea · Ille autem respondens: ait nolo · Postea autem penitentia motus: abiit · Accedens autē ad alterū: dixit similiter · Ad ille respondens ait · Eo dñe · Et nō iit · Quis ex duobus fecit uoluntatem patris? Dicunt: primus · Dicit illis ihus · Amen dico uobis · Quia publicani et meretrices precedunt uos in regno dei · Venit enim ioānes ad uos in uia iustitie et non credidistis ei · Publicani autem et meretrices crediderunt ei · Vos autem uidentes nec penitentiam habuistis · postea ut crederetis ei · Aliam parabolam · Audite · Homo erat pater familias: qui plantauit uineam: et sepem circumdedit ei · Et fodit in ea torcular: et edificauit turrim et locauit eam agricolis: et peregre profectus est · Cum autem tempus fructuum appropinquasset: misit seruos suos · ad agricolas: ut acciperent fructus eius · Et agricole apprehensis seruis eius: alium ceciderunt alium uero lapidauerunt · Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter · Nouissime autem: misit ad eos filium dicens: uerebuntur filium meum · Agricole autem uidentes filium: dixerunt intra se · Hic est heres: uenite occidamus eum: et habebimus hereditatem eius · Et apprehensum eum eicerunt extra uineam et occiderūt · Cum ergo uenerit dñs uinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi · malos male perdet: et uineam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis · Dicit illis ihus · Numquam legistis in scripturis lapidem quem reprobauerunt edificantes · hic factus est in caput anguli? A dño factum est istud: et est mirabile in oculis uris · Ideo dico uobis: quia auferetur a uobis regnum dei et dabitur genti facienti fructus eius · Et qui ceciderit super lapidem istum: confringetur · Super quem uero ceciderit conteret eum · Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerunt quod de ipsis diceret · Et querentes eum tenere timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebāt

Et respondens ihus: dixit iterum in parabolis eis dicens · Simile factum est exm · regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo · Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias: et nolebant uenire · Iterum misit alios seruos dicens · Dicite inuitatis: ecce prandium meum parauī · Tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata: uenite ad nuptias · Illi autē neglexerunt · Et abierunt alius in villam suam: alius ad negotiationem suam · Reliqui uero tenuerūt seruos eius: et cōtumelijs affectos: occiderunt · Rex autē cū audisset: iratus est · Et missis exercitibus suis · perdidit homicidas illos: et ciuitatē illorum incendit · Tunc ait seruis suis · Nuptie quidē parate sunt: sed qui inuitati erant: non fuerunt digni · Ite ergo ad exitus uiarum: et quoscunq; inueneritis · ad nuptias uocate · Et egressi serui eius uias: congregauerūt omnes quos inuenerunt malos et bonos: et impletę sunt nuptie discumbentiū · Intrauit autem rex ut uideret discumbentes · et uidit ibi hominē non uestitum ueste nuptiali · et ait illi · Amice: quomodo huc intrasti: nō habēs uestem nuptialem? At ille obmutuit · Tunc dixit rex ministris · ligatis pedibus eius et manibus mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium · Multi autem sunt uocati pauci uero electi · Tunc abeuntes pharisei consilium inierunt: ut caperent eum in sermone · Et mittunt ei discipulos suos: cum herodianis: dicentes · Magister scimus quia uerax es: et uiam dei in ueritate doces · Et non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominū · Dic ergo nobis quid tibi uidetur · Licet censum dare cesari: an non · Cognita autem ihus nequitia eorum: ait · Quid me temptatis ypocrite? Ostendite mihi numisma census · At illi obtulerunt ei denarium · Et ait illis ihus · Cuius est ymago hec et superscriptio? Dicunt ei: cesaris · Tunc

aut

Ev. sdm Matthæum.

aut illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Et audientes mirati sunt. Et relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum saducei: qui dicunt non esse resurrectionem. Et interrogauerunt eum dicentes. Si magister moyses dixit. si quis mortuus fuerit non habens filiū: ut ducat frater eius uxorem illius: et suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres. Et primus uxorem duxit et defunctus est: et non habens semen: reliquit uxorem suam: fratri suo. Similiter secundus: et tertius usq; ad septimū. Novissime autem omniū: et mulier defuncta est. In resurrectione ergo: cuius erit de septem uxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem ihus ait illis. Erratis: nescientes scripturas. neq; uirtutem dei. In resurrectione enim: neq; nubent. neq; nubentur: sed sunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione mortuorum non legistis: quod dictum est ab eo dicente nobis. Ego sum deus abraham: et deus ysaac: et deus iacob. Non est deus mortuorum: sed uiuentium. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius. Pharisei autem audientes. quod silentium imposuisset saduceis. conuenerunt in unum. Et interrogauit eum unus ex eis legis doctor. tēptans eum. magister quod est mandatum magnum in lege? Ait illi ihus. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc est maximum: et primum mandatum. Secundum autem: simile est huic. Diliges proximum tuum: sicut te ipsum. In his duobus mandatis: uniuersa lex pendet et prophete. Congregatis ergo phariseis: interrogauit eos ihus dicens. Quid uobis uidetur de xpo: cuius filius est? Dicunt ei: dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spū: uocat dñm eum dicens. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid uocat eum dñm: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei uerbum: neq; ausus fuit quisq; ex illa die eum amplius interrogare.

Tunc locutus est ihus ad turbas: et ad discipulos suos dicens. xxiij.
Super cathedram moysi: sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecunq; dixerint uobis: seruate et facite. Secundum opera uero eorum: nolite facere. Dicunt enim: et non faciunt. Alligant autem onera grauia et importabilia. et imponunt in humeros hominum. digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt: ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua: et magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cenis: et primas cathedras in synagogis et salutationes in foro: et uocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite uocare rabbi: unus est enim magister uester. Omnes autem uos: fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram. unus est enim pater uester qui in celis est. Nec uocemini magistri: quia magister uester unus est xpus. Qui maior est uester: erit minister uester. Qui autem se exaltauerit: humiliabitur: et qui se humiliauerit exaltabitur. Ve autem uobis scribe et pharisei hypocrite: quia clauditis regnum celorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes. sinitis intrare. Ve uobis scribe et pharisei hypocrite qui comeditis domos uiduarum. orantes prolixe propter hoc amplius accipietis iudicium. Ve uobis scribe et pharisei hypocrite: qui circuitis mare et aridam: ut faciatis unum proselytum. Et cum fuerit factus facitis eum filium gehenne duplo quam uos. Ve uobis duces ceci. Qui dicitis quicunq; iurauerit per templum dei nichil est. Qui autem iurauerit in auro templi: debet. Stulti et ceci quid enim maius est: aurum an templum. quod sanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit in altari: nichil est. Quicunq; autem iurauerit in dono quod est sup illud. debet. Ceci: quid enim maius est, donum: an altare. quod sanctificat donum. Qui ergo iurauerit in altari iurat in eo: et in omnibus que sup illud sunt. Et qui iurauerit in templo iurat in illo: et in eo qui habitat in eo. Et qui iurat in celo: iurat in throno dei: et in eo qui sedet super eum. Ve uobis scribe hypocrite pharisei, qui decimatis mentam: et anetum: et cyminum et reliquistis que grauiora sunt legis: iudicium: et misericordiam: et fidem. Hec oportuit facere: et illa non omittere. Duces ceci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Ve uobis scribe pharisei hypocrite: qui mundatis quod deforis est. calicis et parapsidis: intus autem pleni estis rapina et inmunditia. Pharisee cece, munda prius quod intus est calicis et parapsidis. ut fiat et id quod deforis est mundum. Ve uobis scribe pharisei hypocrite quia similes estis sepulchris dealbatis: que foris apparent hominibus speciosa: intus uero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia. Sic et uos a foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate. Ve uobis scribe pharisei hypocrite: qui edificatis sepulchra prophetarum. et ornatis monumenta iustorum et dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nrōrum: nō essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaq; testimonio estis uobis metipsis: quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes genimina uiperarum quomodo fugietis a iudicio gehenne? Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas: et sapientes et scribas: et ex illis occidetis, et crucifigetis. et ex illis flagellabitis in synagogis uestris et persequemini de ciuitate in ciuitatem: ut sup uos ueniat omnis sanguis iustus. qui effusus est sup terram. A sanguine abel iusti: usq; ad sanguinem zacharie filii barachie: quē occi

distis inter templum et altare. Amen dico vobis: venient hec omnia sup generacionē istam. Jerusalē
cerlin que occidis pphas: et lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos
quem admodum gallina congregat pullos suos sub alas: et noluisti. Ecce relinquetur vobis: do
mus vra deserta. Dico enim vobis. Non me videbitis amodo: donec dicatis. Benedictus qui venit in
nomine dñi

·xxiiij·

Et egressus ihus ibat de templo. Et accesserunt discipuli eius: ut ostenderet eis edificaciones tēpli
Ipse autem respondens: dixit illis. Vide- tis hec omnia? Amen dico vobis: non relinquetur hic la
pis super lapidem: qui non destruatur. Sedente autem eo sup montem oliveti: accesserunt ad eum
discipuli secreto dicentes. Dic nobis: quando hec erunt: et quod signū aduentus tui et consūmacio
nis seculi? Et respondens ihus: dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomi
ne meo: dicentes. Ego sum xp̄us: et multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones pre
liorum: videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondum statim finis. Consurget enim gens in
gentem: et regnum in regnum: et erunt pestilencie et fames: et terremotus per loca. Hec autem oīa
initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulacionem: et occident vos et eritis odio omnibus gen
tibus propter nomen meum. Et scandalizabuntur tunc multi. et mutuo tradent: et odio habebūt mu
tuo. Et multi pseudo pphe surgent: et seducent multos. Et quia habundauit iniquitas: refriges
cet caritas multorum. Qui autem perseuerauerit usq; in finem: hic saluus erit. Et predicabitur hoc
euāngelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus: et tunc veniet consummacio. Cum
ergo videritis abhominacionē desolacionis: que dicta est a daniele pphā: stantem in loco scō: qui
legit intellegat. Tunc qui in iudea sunt: fugiant ad montes. et qui in tecto: non descendat tollere
aliquid de domo sua. Et qui in agro: non revertatur tollere tunicam suam. Ve autem pregnantibus
et nutrientibus in illis diebus. Orate autem: ut non fiat fuga vra hyeme vel sabbato. Erit enim tunc
tribulacio magna. qualis non fuit ab initio mūdi usq; modo: neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies
illi: non fieret salua omnis caro. Sed propter electos: breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit ec
ce hic xp̄us: aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudo xp̄i: et pseudo pphe: et dabunt signa magna
et prodigia. ita ut in errorem inducantur: si fieri potest etiam electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixe
rint vobis ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit
ab oriente: et paret usq; occidentem: ita erit aduentus filii hominis. Vbicunq; fuerit corpus: illic
congregabuntur aquile. Statim autem post tribulacionem dierum illorum sol obscurabitur: et luna
non dabit lumen suum. Et stelle cadent de celo. et virtutes celorum commouebuntur: et tunc parebit
signum filii hominis in celo. Et tunc plangent se omnes tribus terre. et videbunt filium hominis venien
tem in nubibus celi: cum virtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et voce ma
gna et congregabunt electos eius. a quatuor ventis. a summis celorum usq; ad terminos eorum. Ab arbore
autem fici. discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit: et folia nata: scitis quia pe est estas
ita et vos cum videritis hec omnia: scitote quia pe est iam in ianuis. Amen dico vobis: quia non p̄teri
bit hec generacio. donec omnia fiant. Celum et terra transibunt verba aut̄ mea non preteribunt. De die
autem illa et hora nemo scit: neq; angeli celorum: nisi p̄ solus. Sicut autem in diebus noe. ita erit et ad
uentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuiū comedentes et bibentes nubentes
et nuptui tradentes usq; ad eum diem quo intrauit noe in arcam. et non cognouerunt donec venit
diluuium: et tulit omnes. Ita erit aduentus filii hominis. Tunc duo erunt in agro: unus assume
tur. et unus relinquetur. Due molentes in mola. una assumetur et una relinquetur. Duo in lecto
mus assumetur et alter relinquetur. Vigilate ergo: quia nescitis qua hora dñs vr venturus
sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias. qua hora fur esset vigilaret utiq; et
non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis
venturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituit dñs suus super fami
liam suam: ut det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus: quem cum venerit dñs eius: inue
nerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixe
rit malus seruus ille in corde suo. Moram facit dñs meus venire: et ceperit percutere conser
vos suos manducet autem et bibat cum ebriosis veniet dñs serui illius in die qua non sperat. et
hora qua ignorat et diuidet eum. partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit
fletus: et stridor dentium

·xxv·

Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas:
exierunt obuiam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue et quinque prudentes
Sed quinque fatue acceptis lampadibus: non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero ac
ceperunt oleum in vasis suis: cum lampadibus. Moram autem faciente sponso: dormitauerunt
omnes: et dormierūt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiam e-

Ev. sctm Matthæ.

Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue autem: sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo uē: quia lampades nre extinguuntur. Respouderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad uendentes et emite vobis. Dum autem irent emere: uenit sponsus. Et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua. Nouissime ueno uenium et reliqe virgines dicentes. Domine: dne aperi nobis. At ille respondens ait. Amē dico vobis: nescio uos. Vigilate itaq; nescitis diem: neq; horam. Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinq; talenta: alij autem duo: alij uero unum. Vnicuiq; secūm propriam uirtutem: et profectus est statim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat: negotiatus est alia duo. Qui autem unum acceperat: abiens fodit in terram: et abscondit pecuniam domini sui. Post multum uero temporis: uenit dns seruoꝝ illoꝝ: et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat obtulit alia quinq; talenta dicens. Domine: quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; sup lucratus sum. Ait illi dns eius. Euge serue bone et fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis sup multa te constituam: intra in gaudium dni tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat et ait. Domine duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dns eius. Euge serue bone et fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis sup multa te constituam: intra in gaudium dni tui. Accedens autem et qui unū talentū acceperat: et ait. Domine: scio quia homo durus es: metis ubi non seminasti et congregas ubi non sparsisti. Et timens abij et abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. Respondens autem dns eius: dixit ei. Serue male et piger: sciebas quia meto ubi non seminno: et congrego ubi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs: et veniens ego recepissem utiq; qd meum est cum usura. Tollite itaq; talentum ab eo et date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur et habundabit. Ei autem qui non habet: et quod uidetur habere auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus et stridor dentium. Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua: et omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab inuicem: sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues a dextris suis. hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratum uobis regnum: a constitutione mundi. Esurij enim et dedistis mihi manducare. Sitiui et dedistis mihi bibere. Hospes eram et collegistis me. Nudus et operuistis me. Infirmus et uisitastis me. Carcere et uenistis ad me. Tunc respondebunt ei qui dicentes. Domine: quando te uidimus esurientem: et pauimus te? Sitientem: et dedimus tibi potum? Quando te uidimus hospitem et collegimus te? Aut quando te uidimus infirmum aut carcere et uenimus ad te? Et respondens rex dicet illis. Amen dico uobis. quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis. mihi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Esurij enim et non dedistis mihi manducare. Sitiui et non dedistis mihi potum. Hospes eram. et non collegistis me. Nudus et non operuistis me. Infirmus et carcere. et non uisitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes. Domine quando te uidimus esurientem aut sitientem. aut hospitem. aut nudum. aut infirmum. aut carcere. et non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens. Amen dico uobis. quamdiu non fecistis uni de minoribus istis. nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternum. Iusti autem in uitam eternā.

Et factum est cum consummasset ihs sermones hos omnes. dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet: et filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tūc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum. qui dicebatur caiphas. Et consilium fecerunt ut ihm dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem: nō in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset ihs in bethania in domo simonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli: indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec? Potuit enim istud uenundari multo: et dari pauperibus. Sciens autem ihs: ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis uobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendū me fecit. Amen dico uobis. ubicūq; predicatū fuerit hoc euāgelium in toto mundo dicetur. et quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas scarioth ad principes sacerdotum: et ait illis. Quid uultis mihi dare. et ego tradam uobis eum? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet. Prima autem azimoꝝ die accesserunt discipuli ad ihm: dicentes. Vbi uis paremus tibi comedere pascha? At ihs dixit. Ite in ciuitatē ad quendam: et dicite ei. Magister dicit

tapatus ē ihs ... ē alia qñ qui duo acce

c. 26.

tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis jesus: et paraverunt pascha. Vespere autem facto: discumbebat cum duodecim discipulis suis: et edentibus illis dixit. Amen dico vobis quia unus vestrum me traditurus est. Et contristati valde ceperunt singuli dicere. Numquid ego sum dñe? At ipe respondens ait. Qui intingit mecum manum in parapside: hic me tradet filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi: per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autem judas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autem eis accepit jesus panem: et benedixit: ac fregit: deditq discipulis suis et ait. Accipite et comedite. hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus novi testamenti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis. non bibam amodo de hoc genimine vitis: usq; in diem illum: cum illud bibam vobiscum novum in regno patris mei. Et hymno dicto: exierunt in montem oliveti. Tunc dicit illis jesus. Omnes vos scandalum patiemini in me nocte ista. Scriptum est enim: percutiam pastorem et dispergentur oves gregis. Postquam autem surrexero: precedam vos in galileam. Respondens autem petrus: ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunquam scandalizabor. Ait illi jesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte. antequam gallus cantet: ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum: non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. Tunc venit jesus cum illis in villam que dr gethsemani: et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec vadam illuc et orem. Et assumpto petro et duobus filiis zebedei: cepit contristari et mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortem: sustinete hic et vigilate mecum. Et progressus pusillum procidit in faciem suam: orans et dicens. Pater. si possibile est: transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos et invenit eos dormientes: et dixit petro. Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate et orate: ut non intretis in tentationem. Spūs quidem promptus est caro autem infirma. Iterum secundo abiit et oravit dicens. Pater mi: si non potest hic calix transire nisi bibam illum. fiat voluntas tua. Et venit iterum. et invenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis: iterum abiit et oravit tertio eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos: et dixit illis. Dormite jam. et requiescite. Ecce appropinquavit hora: et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinquavit: qui me tradet. Adhuc ipo loquente: ecce judas unus de duodecim venit: et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus: a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eum. dedit eis signum dicens. Quemcunq; osculatus fuero: ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad jesum: dixit. Ave rabbi. Et osculatus est eum. Dixit autem illi jesus. Amice: ad quod venisti? Tunc accesserunt et manus miserunt in jesum: et tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum jesu: extendens manum exemit gladium suum: et percutiens servum principis sacerdotum: amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi jesus: converte gladium tuum in locum suum: omnes enim qui accepit gladium gladio peribit. An putas quia non possum rogare patrem meum: et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture: quia sic oportet fieri. In illa hora: dixit jesus turbis. Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me: cotidie apud vos sedebam docens in templo: et non me tenuistis. Hoc autem totum factum est: ut implerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes jesum duxerunt ad caiphan principem sacerdotum: ubi scribe et seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum aliquanto. usq; in atrium principis sacerdotum. Et introgressus intus: sedebat cum ministris: ut videret finem. Principes autem sacerdotum et omne concilium querebant falsum testimonium contra jesum: ut eum morti traderent: et non invenerunt: cum multi falsi testes advenissent novissime autem venerunt duo falsi testes et dixerunt. Hic dixit: possum destruere templum dei: et post triduum reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi. Nichil respondes ad ea que isti adversum te testificantur? Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adjuro te per deum vivum. ut dicas nobis si tu es xpūs filius dei. Dicit illi jesus. Tu dixisti. Verumtamen dico vobis. Amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis: et venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum: scidit vestimenta sua dicens. Blasphemavit: quid adhuc egemus testibus. Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur. At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc exspuerunt in faciem ejus: et colaphis eum ceciderunt. Alii autem: palmas in faciem ei dederunt dicentes. Prophetiza nobis xpe: quis est qui

te pauslit: Petrus uero: sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum una ancilla: dicens: et tu cum
ihu galileo eras. At ille: negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis. Exeunte autem
illo ianuam uidit eum alia ancilla: et ait his qui erant ibi. Et hic erat cum ihu nazareno. Et
iterum negauit cum iuramento. quia non nouit hominem. Et post pusillum: accesserunt qui
stabant: et dixerunt petro. Vere: et tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc
cepit detestari et iurare: quia non nouisset hominem. Et continuo: gallus cantauit. Et recor-
datus est petrus ubi ihu quod dixerat prius quam gallus cantet: ter me negabis. Et egres-
sus foras flenit amare.

xxvii

Mane autem facto: consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores adiu-
ihm: ut eum morte traderent. Et uinctum adduxerunt eum: et tradiderunt pontio
pylato presidi. Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod damnatus esset: penitencia
ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum. et senioribus dicens. Peccaui:
Tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos: tu uideris. Et proiectis argenteis
in templo: recessit. Et abiens: laqueo se suspendit. Principes autem autem sacerdotū acceptis
argenteis dixerunt. Non licet mittere eos in corbanan quia pretium sanguinis est. Consilio
autem inito: emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinor. Propter hoc uocatus est
ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: usq; in hodiernum diem. Tunc impletum
est quod dictum est per hieremiam ppham dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pre-
cium appreciati: quod appretiauerunt a filiis isrl. Et dederunt eos in agrum figuli: sicut con-
stituit michi dns. Ihus autem stetit ante presidem. Et interrogauit eum preses dicens. Tu es rex
iudeor: Dixit illi ihus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et seniorib⁹: nichil
respondit. Tunc dixit illi pylatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia: Et no
respondit ei ad ullum uerbum: ita ut mirarentur preses uehementer. Per diem autem sollemp
nem consueuerat preses dimittere ppl⁹ unum uinctum: quē uoluissent. Habebat aute
tunc uinctū insignem: qui dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis: dixit pylatus.
Quem uultis dimittam uobis barraban: an ihm qui dicitur xp̄us: Sciebat enim: qd
p̄ inuidiam eum tradidissent. Sedente autem illo pro tribunali: misit ad eum uxor sua dicens:
Nichil tibi: et iusto illi. Multa enim passa sum hodie per uisum propter illum. Principes aute
sacerdotum et seniores: persuaserunt ppl⁹: ut peterent barrabam: ihm uero perderent. Respon
dens autem preses: ait illis. Quem uultis uobis de duobus dimitti: At illi dixerunt barra
bam. Dicit illis pylatus. Quid igitur faciam de ihu: qui dicitur xp̄us: Dicunt omnes: cru
cifigatur. Ait illis preses. Quid enim mali fecit: At illi magis clamabant dicentes. Cru
cifigatur. Videns autem pylatus quia nichil proficeret. sed magis tumultus fieret: accep
ta aqua lauit manus coram ppl⁹ dicens. Innocens ego sum a sanguine huius iusti: uos uidetis. Et re
spondens uniuersus ppl⁹ dixit. Sanguis eius: sup nos et sup filios nros. Tunc dimisit illis bar
raban: ihm autem flagellatum tradidit eis: ut crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipien
tes ihm in pretorio: congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et exuentes eum: clamidem coc
cineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis: posuerunt sup caput eius: et harū
dinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum: illudebant dicentes: Aue rex iudeor. Et ex
puentes in eum: acceperunt harundinem et percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt
ei: exuerunt eum clamide: et induerunt eum uestimentis eius. Et duxerunt eum: ut cru
cifigerent. Et exeuntes: inuenerunt hominem cyrenaeum nomine symonem: hunc angari
auerunt ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur golgotha. quod est calua rie
locus. Et dederunt ei uinum bibere: cum felle mixtū et cum gustasset. noluit bibere. Postquam
autem crucifixerunt eum: diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes ut adimpleret quod dic
tum est per ppham dicentem. Diuiserunt uestimenta mea sibi et super uestem meam miserūt
sortem et sedentes: seruabant eum. Et imposuerunt sup caput eius: causam ipius scriptam
Hic est ihus: rex iudeor. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris: et unus
a sinistris. Preter euntes autem: blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicentes.
Vah. qui destruit templum dei: et in triduo illud reedificat: Salua temetipm: si filius dei es:
descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant. Alios
saluos fecit seipm non potest saluum facere. Si rex isrl' est. descendat nunc de cruce: et credimus
ei. Confidit in deo. liberet eum nunc si uult. Dixit enim: quia dei filius sum. Idipsum autem et
latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sexta autem hora: tenebre facte sunt super
uniuersam terram: usq; ad horam nonam. Et circa horam nonam: clamauit ihus uoce magna di
cens. Heli: heli: lama sabacthani. Hoc est deus meus: deus meus: ut quid derelinquisti me: Quod

autem illæ stantes et audientes dicebant· Heliam uocat iste· Et continuo curens unus exceptam spongiam implent aceto: et imposuit harundini et dabat ei bibere· Ceteri uero dicebant Sine uideamus: an ueniat helias liberans eum· Iesus autem iterum clamans uoce magna: emisit spm· Et ecce uelū templi scissum est in duas partes· a summo usq; deorsum· Et tra mota est: et petre scisse sunt: et monumenta aperta sunt: et multa corpa scōr· qui dormierant surrexerunt· Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius: uenerunt in scam ciuitatē: et apparuerunt multis· Centurio autem et qui cum eo erant custodientes ihm uisto tre motu et his que fiebant timuerunt dicentes· Uere: dei filius erat iste· Erant autem ibi mulieres multe a longe: que secute erant ihm· a galilea ministrantes ei· Inter quas erat maria magdalene: et maria iacobi: et ioseph mater· et mater filior· zebedei· Cum sero autem factum esset: uenit quidam homo diues ab arimathia: nomine ioseph· qui et ipe discipls erat ihu hic accessit ad pylatum et petiit corpus ihu· Tūc pylatus iussit reddi corpus· Et accepto corpe ioseph et inuolut illud in sindone munda: et posuit illud in monumēto suo nouo: quod exciderat in petra· Et aduolut saxum magnum: ad ostium monumenti: et abiit· Erat autem ibi maria magdalene: et altera maria: sedentes contra sepulchrum· Altera autem die que est post parasceuen: congregati sunt principes sacerdotum et pharisei ad pylatum dicentes· Domine: recordati sumus quia seductor ille dixit· adhuc uiuens: post tres dies resurgam· Iube ergo custodiri sepulchrum· usq; in diem tertium: ne forte ueniant discipli eius et furentur eum: et dicant plebi: surrexit a mortuis· Et erit nouissimus error: peior priore· Ait illis pylatus: habetis custodiam: ite custodite sicut scitis· Illi autem abeuntes: munierunt sepulchrum· signantes lapidem cum custodibus

xxviij·

Uespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati: uenit maria magdalene et altera maria uidere sepulchrum· Et ecce terre motus factus est magnus· Angelus enī dñi descendit de celo: et accedens reuolut lapidem et sedebat super eum· Erat autem aspectus eius sicut fulgur: uestimentum eius sicut nix· Prę autem eius· exterriti sunt custodes: et facti sūt uelut mortui· Respondens autem angelus: dixit mulieribus· Nolite timere uos· Scio enim quod ihm qui crucifixus est queritis: non est hic· Surrexit enim: sicut dixit· Uenite uidete locum: ubi positus erat dñs· Et cito euntes dicite discipulis eius· quia surrexit· Et ecce precedet uos in galileam· Ibi eum uidebitis· ecce predixi uobis· Et exeuntes cito de monumento cum timore et gaudio magno: current nūciare discipulis eius· Et ecce ihs occurrit illis dicens: auete· Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius: et adorauerunt eum· Tunc ait illis ihs· Nolite timere· Ite nunciate fratribus meis: ut eant in galileam ibi me uidebunt· Que cum abissent: ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem et nunciauerunt principibus sacerdotum· Cūcta que facta fuerant· Et congregati cum senioribus: consilio accepto: pecunia copiosam dederunt militibus dicentes· Dicite: quia discipuli eius nocte uenerunt: et furati sunt eum nobis dormientibus· Et si hoc auditum fuit a preside: nos suadebimus ei et securos uos faciemus· Illi accepta pecunia: fecerunt sicut edocti sunt· Et diuulgatum est uerbum istud apud iudeos: usq; in hodiernum diem· Undecim autem discipli abierunt in galileam: in montem ubi constituerat illis ihs· Et uidentes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt· Et accedens ihs: locutus est eis dicens· Data est mihi omnis potestas in celo et in terra· Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nōe patris· et filii· et spūs scī· Docentes eos seruare omnia: quecumq; mandaui uobis· Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus· usq; ad consummationē seculi·





Incipit Evangelium secundū Marcum.

ce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto parate viam dñi: rectas fa
cite semitas eius.

Fuit iohes in deserto baptizans. et predicans baptismum penite
ne: in remissionem pcōr et egrediebatur ad illum omnis iudee
a regio: et hierosolimite universi. et baptizabantur ab illo in iordane flumi
ne confitentes peccata sua. Et erat iohes vestitus pilis camel: et zona pel
lea circa lumbos eius. et locustas et mel silvestre edebat: et predicabat
dicens. Venit fortior me post me: cuius non sum dignus procumbens
solvere corrigiam calciamentor eius. Ego baptizo vos aqua: ille ve
ro baptizabit vos spu scō. Et factum est in diebus illis: venit iesus a
nazareth galilee et bapti
zatus est a iohanne in iordane. Et statim ascendens de aqua: vidit apertos celos. et spm tanq
columbam descendentem et manentem in ipo. Et vox facta est de celo. tu es filius meus di
lectus in te complacui. Et statim spūs expulit eum in desertum: et erat in deserto quadraginta
diebus et quadraginta noctibus et temptabat a satana. Erat q cum bestijs: et angeli ministrabāt
illi. Postq̄ autem traditus est iohes: venit iesus in galileam. predicans evāgelium regni dei et dicens.
Q̄m impletum est tempus et appropiquabit regnum dei. Penitemini et credite evāgelio. Et preter
eus lenis maris galilee vidit symonem et andream fratrem eius mittentes rete in mari. Erant enim
piscatores. Et dixit illis iesus. Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominū. Et protinus
relictis retibus. secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum vidit iacobum zebedei et iohem fratrem
eius. Et ipos in navi componentes retia et statim vocavit illos. Et relicto patre suo zebedeo in navi
cum mercenarijs: secuti sunt eum. Et ingrediunt capharnaum: et statim sabbatis ingressus in syna
gogam docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos: quasi potestatem
habens: et non sicut scribe. Et erat in synagoga eor homo in spū immūdo: et exclamavit dicens. Q̄d
nobis et tibi iesu nazarene. venisti perdere nos. scio quod sis sanctus dei. Et cōminatus est ei iesus: di
cens. Obmutesce: et exi de homine. Et discerpens eum spūs immundus: et exclamans voce mag
na exijt abeo. Et mirati sunt omnes: ita ut conquirerent inter se dicentes. Quid nam est hoc:
que doctrina hec nova: quia in potestate et spūtibus immundis imperat et obediunt ei. Et predijt
famaq̄ eius statim in omnem regionem galilee. Et protinus egredientes de synagoga venerunt in
domum symonis et andree cum iacobo et iohanne. Detinebat autem socrus symonis febribatās.
et statim dicunt ei de illa. Et accedens elevavit eam. apprehensa manu eius: et continuo dimisit
eam febris: et ministrabat eis. Vespere autem facto cum occidisset sol: afferebant ad eum omnes
male habentes: et demonia habentes. Et erat omnis civitas congregata ad ianuā: et curavit
multos: qui vexabantur variis languoribus: et demonia multa eiciebat. Et non sinebat loqui
ea quā sciebant eum. Et diluculo valde surgens. egressus abiit in desertum locum: ibiq̄ orabat: esse xp̄m
Et persecutus est eum symon petrus et qui cum illo erant: et cum invenissent eum dixerunt ei
quia omnes quierunt te. Et ait illis. Eamus in proximos vicos et civitates: ut et ibi predicē
ad hoc enim veni. Et erat predicans in synagogis eor et in omni galilea: et demonia eiciens. Et
venit ad eum leprosus deprecans eum: et genu flexo dixit. Si vis potes me mundare. Jhus aūt
misertus eius extendens manum suam et tangens eum ait illi. Volo mundare. Et cum dixis
set statim discessit ab eo lepra et mundatus est. Et cōminatus est ei: statimq̄ ejecit illum: et di
cit ei. Vide nemini dixeris: sed vade ostende te principi sacerdotum: et offer pro emundatione tua
que precepit moyses in testimonium illis. At ille egressus cepit predicare et diffamare sermo
nem: ita ut iam non posset manifeste introire: sed foris in desertis locis esse. Et
conveniebant ad eum undiq̄

Iii

Et iterum intravit capharnaū post dies octo et auditum est quod in domo esset: et domos
convenerunt multi: ita ut non caperent neq̄ ad ianuam: et loquebatur eis verbū
Et venerunt ferentes ad eum paralyticum: qui a quatuor portabatur. Et cum non possent ob
ferre eum illi pre turba nudaverunt tectum ubi erat: et patefacientes summiserunt gra
batum in quo paralyticus iacebat. Cum vidisset autem jhus fidem illor: ait paralytico. fili
dimittunt tibi peccata. Erant autem illic quidam de scribis sedentes et cogitantes in cordi
bus suis: quid hic sic loquitur: blasphemat. Quis potest dimittere peccata nisi solus de.
Cui statim cognito jhus spū suo quia sic cogitarent intra se: dixit illis. Quid ista co
gitatis in cordibus vris. Quid est facilius dicere paralytico dimittūt tibi peccata aut dice
surge tolle grabatum tuum et ambula: Ut autem sciatis: quia potestatē habet filius

hominus uita dimittendi peccata·Ait paralitico·Tibi dico surge: tolle grabattum tuum et uade ad domū tuam·Et statim ille surrexit: et sublato grabato abiit coram omnibus: ita ut admirarent omnes: et honorificarent deū: dicentes· quia numq̄ sic uidimus·Et egressus est iterū rursus ad mare: omnis turba ueniebat ad eum et docebat eos·Et cum preteriret: uidit leui alphei sedentem ad theloneum: et ait illi: sequere me·Et surgens: secutus est eum·Et factum est cum accumberet in domo illius: multi publicani et pōres simul discumbebant cum iesu· et discipulis eius: erant enim multi: qui et secuti erant eum·Et scribe et pharisei uidentes quia manducaret cum publicanis et pōribus: dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis·et pōribus manducat et bibit magister uē: Hoc audito iesus ait illis·Non necesse hūt sani medico: sed qui male hēnt·Non enim ueni uocare iustos: sed pōres·Et erant discipuli iohānis et pharisei ieiunantes et ueniunt et dicunt illi·Quare discipuli iohānis et pharisēor ieiunant·tui autem discipuli non ieiunant·Et ait illis iesus·Numq̄d possunt filij nupciarum quam diu sponsus cum illis est ieiunare: Quanto tempe habent sponsū: non possunt ieiunare·Uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: et tunc ieiunabūt in illis diebus·Nemo ad supplemētū panni rudis assuit uestimento ueteri: alioquin auferet supplementū nouum a ueteri: et maior scissura fit·Et nemo mittit uinū nouū in utres ueteres: alioquin discumpit uinū utres et uinum effundetur: et utres pibunt·Sed uinū nouū: in utres nouos mitti debet·Et factū est iterum cum sabbatis ambularet per sata: et discipuli eius ceperunt pregredi et uellere spicas·Pharisei autem dicebant ei·Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis quod non licet·Et ait illis·Numquam legistis quid fecerit dauid quando necessitatem habuit et esurit ipe et qui cum eo erant quomodo intrauit in domū dei sub abiathar principe sacerdotum et panes propositionis manducauit quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus: et dedit eis qui cum eo erant·Et dicebat eis·Sabbatum propter hoīem factum est: et nō homo propter sabbatū·Itaq̄: dūs est filius hoīs: etiam sabbi ·m· ei

Et intrauit iterum in synagogam: et erat ibi homo habens manum aridam et obseruabant si sabbatis curaret: ut accusarent illum·Et ait homini habenti manum aridam·Surge in medium·Et dicit eis si licet sabbatis bene facere an male·animā saluam facere an perdere: At illi tacebant·Et circumspectis eos cum ira: contristatus super cecitatem cordis eor: dicit homi·Extende manū tuam: et extendit: et restituta est manus illi·Exeuntes autem farisei·cum herodianis consilium faciebant ad ipsum eum: quomodo eum perderent·Et iesus cum discipulis suis secessit ad mare·Et multa turba a galilea et iudea secuta est eum: et abiecto solimis et idumea et trans iordanem·Et qui circa tyrum et sydonem: multitudo magna: audientes que faciebat uenerunt ad eum·Et dixit discipulis suis: ut nauicula sibi deseruiret propter turbam: ne comprimerent eum·Multos enim sanabat·ita ut irruerent in eum: ut illi tangerent·Quotq̄ habebant plagas: et spūs immundi: cum illum uidebant·prouolabant ei·Et clamabant dicentes·Tu es filius dei·Et uehementer cōminabatur eis: ne manifestarent illum·Et ascendens in montem: uocauit ad se quos uoluit ipe: et uenerunt ad eum·Et fecit ut essent·xij· cū illo· et ut mitteret eos predicare·Et dedit illis potestatem curandi infirmitates: et eiciendi demonia·Et nominis imposuit symoni nomen·Petrus et iacobum zebedei: et iohannem fratrem iacobi: et imposuit eis nomina boanerges·qd' est filij tonitrui·Et andream·et philippum·et bartholomeum et matheum: et thomā et iacobum alphei: et thaddeum: et symonem chananeum: et iudam scarioth: qui tradidit illum· Et ueniunt ad domum et conuenit iterum turba: ita ut non possent neq̄ panem manducare Et cum audissent sui: exierunt tenere eum·Dicebant enim quoniā in furore est ius est·Et scribe qui ab iherosolimis descenderant·dicebant·Quoniā beelzebub habet: et quia in principe demoniorū eiicit demonia·Et conuocatis eis·in parabolis dicebat illis·Quomodo potest satanas satanan eicere: Et si regnum eius in se diuidatur: non potest stare regnum illud·Et si domus super semetipam diuidatur: non poterit domus illa stare·Et si satanas consurrexerit in semetipm: diuisus est·et non poterit stare·sed finem hūt·Nemo potest uasa fortis ingressus in domum diripere: nisi prius fortem alliget: et tunc domum eius diripiet·Amen dico uobis·quia omnia dimittentur filijs hoīm peccata et blasphemie·quibus blasphemauerint·Qui autem blasphemauerit in spm scm: non hūt remissionē in eternū: sed reus erit eterni delicti·Quoniā dicebant: spūm immundū hūt·m·

Et ueniunt mr eius et fres: et foris stantes miserunt ad eum uocantes eum·Et sedebat circa eum turba: et dicunt ei·Ecce mater tua et fres tui: foris querunt te·Et respondens eis: ait·Quae est mater mea et fres mei·Et circumspiciens eos qui circa eum sedebant: ait·Ecce mater mea et fres mei·Qui enim fecerit uoluntatem dei: hic frater meus et soror mea et mater est·Et iterum cepit docere ad mare: et congregata est ad eum turba multa: ita ut in nauem ascendens sederet in mari·Et omnis turba circa mare super terram erat: et docebat illos in parabolis multa·Et dicebat illis in doctrina sua·Audite: ecce exiit seminans·ad seminandum·Et dum seminat: aliud cecidit secus uiam: et uenerunt uolucres et comederunt illud·Aliud uero cecidit

super petrosa: ubi non habuit terram multam: et statim exortum est: quñ non habebat altitudinem terre. Et quando exortus est sol exestuauit et eo quod non haberet radicem exaruit. Et aliud cecidit in spinas: et ascenderunt spine et suffocauerũt illud. et fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam et dabat fructum ascendentem et crescentem. Et afferebat unum triginta et unũ sexaginta et unum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Et cum ẽet singularis: interrogauerunt eum hi qui cum eo erant illum parabolam. Et dicebat eis. Vobis datum est scire mysterium regnum dei. Illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. Ut uidentes uideãt. et non uideant. Et audientes audiant: et non intelligant. Nequando conuertantur et dimittantur eis pcã. Et ait illis. Nescitis parabolam hanc: et quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat uerbum seminat. Hi autem sunt qui circa uiam: ubi seminatur et cum audierint confestim uenit satanas: et aufert uerbum quod seminatum est in cordibus eorũ. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur: qui cum audierint uerbum: statim cum gaudio suscipiunt illud. Et non habent radicem in se: sed temporales sunt. Deinde orta tribulatione et persecutione propter uerbum: confestim scandalizantur. Et hi sunt qui uerbum audiunt: et erumnę sęculi et deceptio diuitiarũ: et circa reliqua concupiscentię introeuntes suffocant uerbum: et sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt uerbum et suscipiunt: et fructificant unum triginta: et unum sexaginta: et unum centum. Et dicebat illis. Numquid uenit lucerna ut sub modio ponatur: aut sub lecto: nonne ut sup candelabrum ponatur? Non enim est aliquid absconditum. qđ non manifestetur: nec factum est occultum: qđ non in palam ueniat. Si quis habet aures audiendi: audiat. Et dicebat illis. Videte: quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis: remetietur uobis et adiicietur uobis. Qui enim hꝫ: dabitur illi. et qui non habet: etiam quod hꝫ auferetur abillo. Et dicebat. Sic est regnum dei: quem admodum si homo iaciat semen in terram et dormiat. Et exurgat nocte ac die: et semen germinet et crescat dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat: primum herbam deinde spicam: deinde plenum frumentum in spica. Et cum ex se prodnxerit fructus: statim mittit falcem quñ adest messis. Et dicebat. Cui adsimilabimus regnum dei: aut cui parabole comparabimus illud? Sicut granum sinapis quod cum seminatum fuerit in terra: minus est omnibus seminibus que sunt in terra. Et cum seminatum fuerit ascendit et fit maius omnibus holeribus. Et facit ramos magnos: ita ut possint sub umbra eius aues cęli habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum: prout poterant audire. Sine parabola autem non loquebatur eis. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. Et ait illis in illa die cum serum esset factum: transeamus contra. Et dimittentes turbam: assumunt eum ita ut erat in naui: et alie naues erant cum illo. Et facta est procella magna uenti: et fluctus mittebat in nauem: ita ut impleretur nauis. Et erat ille in puppi super cervical dormiens. Et excitant eum: et dicunt ei. Magister: non ad te pertinet quia perimus? Et exsurgens increpauit uentum: et dixit mari. Tace: obmutesce. Et cessauit uentus: et facta est tranquillitas magna. Et ait illis. Quid timidi estis? Nondum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: et dicebãt ad alterutrũ. Quis putas est iste: quia et uentus et mare obedit ei.

Et uenerunt trans fretum maris in regionem gerasenorum et exeunti ei de naui: statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo: qui domicilium habebat in monumentis. Et neque catenis iam quisquam poterat eum ligare. quia sepe compedibus et catenis uinctus. distrupuisset catenas et compedes comminuisset: et nemo poterat eum domare. Et semper nocte ac die in monumentis et in montibus erat: clamans et concidens se lapidibus. Videns autem ihesum alonge cucurrit et adorauit eum: et clamans uoce magna dixit. Quid mihi et tibi ihesu fili dei summi? Adiuro te per deum. ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen est? Et dicit ei. Legio nomen mihi est: quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum: ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens: magni et deprecabantur eum spiritus dicentes. Mitte nos in porcos. ut in eos introeamus. Et concessit eis ihesus statim. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: et magno impetu grex precipitatus est in mare ad duo milia: et suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos fugerunt: et nunciauerunt in ciuitatem et in agros. Et egressi sunt uidere quid esset factum: et ueniunt ad ihesum. Et uident illum qui demonium uexabatur sedentem uestitum et sane mentis: et timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant qualiter factum est ei: qui demonium habuerat et de porcis. Et rogare eum ceperunt: ut discederet finibus eorum. Cumque ascenderet nauim cepit illum deprecari qui demonio uexatus fuerat: ut esset cum illo. Et non admisit eum: sed ait illi. Vade in domum tuam ad tuos: et annũcia illis quanta tibi dominus fecerit: et misertus sit tui. Et abiit et cepit predicare in decapoli quanta sibi fecisset

Et alij sũt qui mas seminãt

ipe

v

ihus: et omnes mirabantur. Et cum transcendisset ihus in naui. rursus transfretauit complet
turba multa ad illum. Et erat circa mare Et uenit quidam de archn synagogis nomine iair
et uidens eum procidit ad pedes eius: et deprecabatur eum multum dicens. Qm filia
mea nouissima est. ueni impone manum super eam. ut salua sit et uiuat. Et abiit cum
illo: et sequebatur multa turba eum et comprimebant illum. Et mulier que erat in profluuio
sanguinis annis duodecim. et fuerat multa perpessa a compluribus medicis: et erogas
uerat omnia sua: nec quicq profecerat: sed magis deterius habebat cum audisset de ihu. uenit
in turba retro: et tetigit uestimentum eius. Dicebat enim: quia si uel uestimentum eius tetigero
salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius et sensit corpore quod sanata esset
a plaga. Et statim ihus cognoscens in semetipo: uirtutem que exierat de eo. Conuersus ad turbam
dicebat. Qis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui. Vides turbam co
primentem: et dicis quis me tetigit. Et circumspiciebat uidere eam: que hoc fecerat. Mulier
autem timens et tremens sciens quod factum esset in se. uenit et procidit ante eum: et dixit
ei omnem ueritatem. Ille autem: dixit ei. Filia: fides tua te saluam fecit. Vade in pace: et esto sa
na a plaga tua. Adhuc eo loquente: uenerunt a archi synagogo. Quia mortua est filia tua. quid
de. Et non audiuit quemq sequi se. nisi petrum et iacobum et iohannem fratrem iacobi. Et ue
niunt ad domum archi synagogi: et uidet tumultum et fleentes et ululantes multum: et egres
sus ait eis. Quid turbamini et plorat is? Puella non est mortua: sed dormit. Et irridebant
eum. Ipe uero eiectis omnibus: assumit patrem et matrem puelle et qui secum erant. Et ingre
ditur ubi erat puella iacens. Et tenens manu puelle ait illi. Talitha cumi. quod est interpre
tatum: puella tibi dico surge. Et confestim surrexit puella et ambulabat. Erat enim annoz
duodecim. Et obstupuerunt stupore maximo: et precepit illis uehementer: ut nemo id sci
ret et iussit: dari illi manducare.

.vi.

Et egressus inde: abiit in patriam suam: et sequebantur illum discipuli sui: Et facto sab
bato: cepit in synagoga docere. et multi audientes: admirabantur in doctrina eius
dicentes. Vnde huic hec omnia: et que est sapia que data est illi et uirtutes tales que per manus
eius efficiuntur? nonne iste est faber filius marie frater iacobi et ioseph et iude et symonis? Nonne
et sorores eius hic nobiscum sunt? et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis ihus. Qm non est pro
pheta sine honore: nisi in patria sua: et in domo sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere:
nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illoz. Et
circuibat castella circuitu docens. Et uocauit duodecim et cepit eos mittere binos. et dabat
illis potestatem spirituum immundoz Et precepit eis ne quid tollerent in uia: nisi uirgam tantum. non
peram non panem neq in zona es: sed calceatos sandalis. Et ne induerentur duabus tunicis Et
dicebat eis. Quocumq introieritis in domum: illic manete donec exeatis inde. Et quecumq no
cepit uos neq audierint uos: exeuntes inde: excutite pulueren pedibus uris in testimo
nium illis. Et exeuntes: predicabant ut penitentiam agerent: et demonia multa eiciebant: et
ungebant oleo multos et egros et sanabatur. Et audiuit herodes rex: manifestum enim
factum est nomen eius. Et dicebat. Quia iohes baptista resurrexit a mortuis: et propterea o
perantur uirtutes in illo. Alii autem dicebant: quia helias est. Alii uero dicebant quia propheta
est: quasi unus exphis. Quo audito herodes ait. Quem ego decollaui iohem: hic a mor
tuis surrexit. Ipe enim herodes misit ac tenuit iohem: et uinxit eum in carcere. propter he
rodiadem uxorem philippi fris sui. quia duxerat eam. Dicebat enim iohes herodi. Non
licet tibi habere uxorem fris tui. Herodias autem insidiabatur illi et uolebat occidere eum nec
poterat. Herodes autem metuebat iohem: sciens eum uirum iustum et sanctum. Et custodiebat eum. Et
audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset. herodes
natalibus suis cenam fecit principibus et tribunis: et primis galilee. Cumq introisset filia ipius
herodiadis et saltasset et placuisset herodi: simulq discumbentibus: rex ait puelle. Pete a me
quod uis: et dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni
mei. Que cum exisset dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit: caput iohis baptiste. Cu
mq introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit dicens. Volo: ut protinus des
mihi in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum: et propter
simul discumbentes noluit eam contristare. sed misso spiculatore precepit afferri caput
eius in disco. Et decollauit eum in carcere: et attulit caput eius in disco: et dedit illud pu
elle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius: uenerunt et tulerunt corpus eius:
et posuerunt illud in monumento. Et conuenientes apli ad ihm: renunciauerunt ei om
nia que egerant et docuerant. Et ait illis. Venite seorsum in desertum locum. et requiescite pusil

ad archisynagogum dicentes. Quia filia tua mortua est quare ultra uexas magistrum. Ihus aut audito
uerbo qd dicebatur erat

lum·Erant enim qui uenebant et redibant multi: et nec manducandi spacium habebant Et
ascendentes in nauim: abierunt in desertum locum seorsū·Et uiderunt eos abeuntes: Et cog
nouerunt eum multi: et pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerūt illuc et preuenerūt eos·Et
exiens uidit turbam multam ihesus: et misertus est sup eos: quia erant sicut oues non habentes
pastorem·Et cepit docere illos multa·Et cū iam hora multa fieret accesserunt ad eum discipli
ni eius dicentes·Desertus est locus hic·Et iam hora preterijt dimitte illos: ut euntes in uil
las et uicos circa: emant sibi cibos quos manducent·Et respondens ait illis·Date illis
manducare·Et dixerunt ei·Euntes emamus denarijs ducentis panes: et dabimus eis ma
ducare·Et dicit eis·Quot panes habetis ite et uidete·Et cum cognouissent: dicunt·Quinq;
et duos pisces·Et precepit illis: ut accumbere facerent omnes: secundum contubernia: sup uiride fenū·Et
discubuerunt impartes: centenos et quinquagenos·Et acceptis quinq; panibus·et duobus piscibus:
intuens in celum benedixit et fregit et dedit discipulis suis·ut ponerent ante eos·Et duos pisces diui
sit omnibus: et manducauerunt omnes et saturati sunt·Et sustulerunt reliquias fragmentorū xij·
cophinos plenos et de piscibus·Erant autem qui manducauerunt: quinq; milia uirorū·Et statim coe
git discipulos suos, ascendere nauim: ut precederent eum trans fretum ad bethsaidam: dum ipe
dimitteret plebem·Et cum dimisisset eos abijt in montē orare·Et cum sero esset: erat nauis in
medio mari·et ipe solus in tra·Et uidens eos laborantes in remigando: erat enim uentus contra
rius eis·Et circa quartā uigiliam noctis: uenit ad eos ambulans sup mare: et uolebat preteri
re eos·At illi uidentes eum ambulantem sup mare: putauerunt fantasma esse et exclamauerunt
Omnes enim eum uiderunt·et conturbati sunt·Et statim locutus est cum eis: et dicit illis·Confidite: ego
sum noli te timere·Et ascendit ad illos in naue: et cessauit uentus·Et plus magis intra se stupe
bant·Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor illorum obcecatum·Et cum transfretassent p
uenerunt in terram genezareth·et applicauerunt·Cumq; egressi essent de naui: continuo cognouerunt
eum·Et percurrentes uniuersam regionem illam·ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circum
ferre: ubi audiebant eum esse·Et quocumq; introibat in uicos: aut in uillas: aut ciuitates: in pla
teis: ponebant infirmos·Et deprecabantur eum·ut ut fimbriam uestimenti eius tangerent Et
quotq; tangebant eum: salui fiebant·

Et conueniunt ad eum pharisei·et quidam de scribis uenientes ab hierosolymis·Et cum uidissent
quosdam ex discipulis eius communibus manibus·id est non lotis manibus manducare
panes: uituperauerunt·Pharisei enim et omnes iudei·nisi crebro lauent manus: non manducant:
tenentes traditiones seniorū·Et a foro nisi baptizentur: nō comedunt·Et alia multa sunt que tradita sunt
illis seruare·Baptismata calicum et urceorū: et eramentorum: et lectorū·Et interrogabant eum pharisei
et scribe·Quare discipuli tui nō ambulant iuxta traditionem seniorum: sed communibus manu
bus manducant panem·At ille respondens: dixit eis·Bene prophetauit esaias de uobis hypocritis
sicut scriptum est·Populus hic labris me honorat·
me autem cor longe est a me·Frustra autem
Relinquentes enim mandatum dei: tenetis tradi
alia similia his facitis multa·Et dicebat il
lis·Bene irritum facitis preceptum dei: ut tradi
honora patrem tuum: et matrem tuam·Et qui ma
Vos autē dicitis·Si dixerit homo patri aut matri·corban quod est donum: quodcumq; ex me tibi pro
fuerit: et ultra non dimittitis eum quicq; facere: patri suo aut matri reiicientes uerbum dei p tradi
tionem uram quam tradidistis·Et similia huiusmodi multa facitis·Et aduocans iterum tur
bam: dicebat illis·Audite me omnes: et intelligite·Nichil est extra hominem introiens in eum quod
possit eum coinquinare·Sed que de homine procedunt·et illa sunt que communicant hominē
Si quis habet aures audiendi audiat·Et cum introisset in domum a turba interrogabant eū dis
cipuli eius parabolam·Et ait illis·Sic et uos imprudentes estis: non intelligitis quia om
ne extrinsecus introiens in hominem: nō potest eum communicare: Quia nō intrat in cor ei
sed in uentrem uadit et in secessum exit purgans omnes escas: Dicebat autem quia que
de homine exeunt·illa communicant hominē·Intus enim: de corde hominū cogitationes ma
le procedunt adulteria: fornicationes: homicidia furta: auaritie: nequitie: dolus: impudicia:
oculus malus: blasphemia: superbia: stultitia·Omnia hec intus procedunt et communicant
hominē·Et inde surgens: abiit in fines tyri et sydonis·Et ingressus domum·neminē uoluit scire:
et non potuit latere·Audiens enim statim mulier de qua habebat spūm immundū: in
trauit et procidit ad pedes eius·Erat enim mulier gentilis: syrophenissa genere·Et rogabat
eum ut demonium eiceret de filia eius·Que dixit illa: sine prius saturari filios: nō est enim
bonum sumere panem filiorū: et mittere canibus·At illa respondit·et dicit ei·Etiq; dne: nam

et catelli comedunt de micis puerorum cadentes. Et ait illi. Propter hunc sermonem. Vade exi de
mum de filia tua. Et cum abisset ad domum suam: inuenit puellam iacentem supra lectum: et dae
monium exisse. Et iterum exiens de finibus tyri: uenit per sydonem ad mare galilee inter medios fines
decapoleos. Et adducunt ei surdum et mutum: et deprecabantur eum: ut imponat illi manum. Et ap
prehendens eum de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas: et exspuens tetigit linguam eius. Et eius
suspiciens celum ingemuit et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius
et soluta est uinculum linguae eius: et loquebatur recte. Et precepit illis: ne cui dicerent. Quanto
autem eis precipiebat: tanto magis plus predicabant: et eo amplius admirabantur dicentes. Be
ne omnia fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui

.vm.

In illis diebus iterum cum turba multa esset cum ihesu nec haberent quod manducarent conuoca
tis discipulis: ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me: nec habent quod
manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam: deficient in uia. Quidam enim ex eis: de lo
ge uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitu
dine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis. qui dixerunt vii. Et precepit turbe: discumbere
super terram. Et accipiens septem panes. gratias agens fregit: et dabat discipulis suis. ut ponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos: et hos benedixit: et iussit apponi. Et
Et manducauerunt: et saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis septem spor
tas. Erant autem qui manducauerant. quasi quatuor milia: et dimisit eos. Et statim ascendens nauim cum discipulis suis: uenit in partes dalmanutha. Et exierunt pharisei: et ceperunt conquirere
cum eo: querentes a illo signum de celo: temptantes eum. Et ingemiscens spu: ait. Quid gene
ratio ista querit signum? Amen dico uobis: si dabitur generationi signum huic. Et dimittens eos.
ascendit iterum nauim et abiit trans fretum: et oblati sunt panes. Et nisi unum panem non
habebant secum in naui. Et precipiebat eis dicens. Videte cauete a fermento pharisee: et fermen
to herodis. Et cogitabant ad alterutrum dicentes: quia panes non habemus. Quo cognito ihs
ait illis. Quid cogitatis quia panes non habetis? Nondum cognoscitis nec intelligitis: adhuc
et excecatum cor uestrum habetis. Oculos habentes non uidetis? et aures habentes non auditis. Nec
recordamini quando quinque panes fregi: in quinque milia. et quot cophinos fragmentorum plenos
sustulistis. Dicunt ei duodecim. Quando et septem panes in quatuor milia: quod sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei septem. Et dicebat eis. Quomodo non dum intelligitis? Et ueni
unt bethsaidam. et adducunt ei cecum: et rogabant eum. ut illum tangeret. Et apprehensa ma
nu ceci eduxit eum extra uicum et exspuens in oculos eius: impositis manibus suis interrogauit
eum. si aliquid uideret. Et aspiciens ait. uideo homines uelut arbores ambulantes. Deinde ite
rum imposuit manum super oculos eius: et cepit uidere. Et restitutus est ita: ut uideret cla
re omnia. Et misit illum: in domum suam
dicens. Vade in domum tuam: et si in uicum intro
ieris nemini dixeris. Et egressus est ihs
et discipuli eius. in castella cesaree philippi: et
in uia interrogabat discipulos suos: dicens
eis. Quem me dicunt esse homines? Qui respo
derunt illi dicentes. alii iohannem baptistam
dixerunt illi: alii uero quasi unum de prophetis. Tunc
dicit illis: uos uero quem me esse dicitis? Re
spondens petrus: ait ei. Tu es xpus. Et comi
natus est eis. ne cui dicerent de illo. Et cepit docere illos: quia oportet filium hominis multa
pati. et reprobari a senioribus: et a principibus sacerdotum et scribis: et occidi: et post tres dies
resurgere. Et palam uerbum loquebatur. Et apprehendens eum petrus: cepit eum
increpare. Qui conuersus et uidens discipulos suos. comminatus est petro dicens. Vade retro
me satanas: quia non sapis que dei sunt: sed que hominum. Et conuocata turba cum discipulis
suis et dixit eis. Si quis uult post me uenire: deneget semetipsum: et tollat crucem suam: et
sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere: perdet eam. Qui autem per
diderit animam suam propter me: et euangelium: saluam eam faciet. Quid enim proderit homi
ni si lucretur uniuersum mundum totum: et detrimentum faciat anime sue: aut quam dabit ho
mo commutationis pro anima sua? Qui enim me confessus fuerit: et mea uerba in generatione ista adul
tera et peccatrice: et filius hominis confitebitur eum: cum uenerit in gloria patris sui cum angelis sanc
Et dicebat illis. Amen dico uobis quia sunt quidam de hic

.ix.

stantibus qui non gustabunt mortem: donec uideant regnum dei uenientis in uirtute. Et
post dies sex assumpsit ihs petrum et iacobum et iohannem et duxit illos in montem excelsum
seorsum solos. Et transfiguratus est coram ipsis: et uestimenta eius facta sunt splendentia al
ba nimis uelut nix qualia fullo super terram non potest candida facere. Et apparuit illis
helias cum moyse. et erant loquentes cum ihu. Et respondens petrus: ait ihu. Rabbi: bonum
est nos esse hic. et faciamus tria tabernacula. Tibi unum moysi unum. et helye unum. Non enim

sciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos: & uenit uox de nube dicens. Hic est filius meus karissimus audite illum. Et statim circumspicientes: neminem amplius uiderunt: nisi ihm tantum secum. Et descendentibus illis de monte: precepit illis ne cui quę uidissent narrarent: nisi cum filius hominis a mortuis resurrexit. Et uerbum continuerunt apud se conquirentes: quid esset cum a mortuis resurrexerit. Et interrogabant eum dicentes. Quid ergo dicunt pharisei et scribe: quia helyam oportet uenire primum? Qui respondens: ait illis. Helyas cum uenerit primo restituet omnia. Et quomō scriptum est in filiū hominis: ut multa patiatur et contemnatur. Sed dico uobis: quia et helyas uenit: & fecerunt illi quecumq; uoluerunt sicut scriptū est de eo. Et ueniens ad discipulos suos uidit turbam magnam circa eos: et scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus uidens ihm: stupefactus est. & expauerunt: & accurrentes salutabant. Et interrogauit eos: quid inter uos conquiritis? Et respondens unus de turba dixit. Magister: attuli filium meū ad te: habentem spm mutum. Qui ubicumq; eum apprehenderit: allidit eum & spumat: & stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis ut eicerent illum: & nō potuerunt. Qui respondens eis dixit. O generatio incredula: quam diu apud uos ero: quam diu uos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum uidisset illum: statim spūs conturbauit eum. Et elisus in terra: uolutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum temp̄s est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infancia. Et frequenter eum in ignem et in aquas misit ut eum perderet. Sed si quid potes: adiuua nos misertus nri. Ihs autem ait illi. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat. Credo dne: adiuua incredulitatem meam. Et cum uideret ihs concurrentem turbam: comminatus est spū immūdo dicens illi. Surge & mute spūs: et tibi precipio: exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et clamans: et discerpens eum exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerent. quia mortuus est. Ihs autem tenens manum eius eleuauit eum. & surrexit. Et cum introisset domum: discipuli eius seorsum interrogabant eum. Quare nos non potuimus eicere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione et ieunio. Et inde profecti pretergradiebantur galileam: nec uolebat quemq; scire. Docebat autem discipulos suos: & dicebat illis. Quia filius hominis tradetur in manus hominū: et occident eum. Et occisus: tertia die resurget. At illi ignorabant uerbum: et timebant eum interrogare. Et uenerunt capharnaum. Qui cum domi essent: interrogabat eos. Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter se in uia disputauerant: quis esset maior illorum. Et residens uocauit duodecim: et ait illis. Si quis uult primus esse: erit omnium nouissimus et omnium minister. Et accepit puerum statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset: ait illis. Quisq; unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo: me recipit. Et quicumq; me susceperit: non me susceperit: sed eum qui me misit. Respondit illi iohannes dicens. Magister uidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia: qui nō sequitur nos: et prohibuimus eum. Ihs aut: nolite prohibere eum: nemo est enim qui faciat uirtutem in nomine meo: et possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersus nos: pro nobis est. Quisq; enim potum dederit uobis: calicem aque in nomine meo: quia xpi estis: amen dico uobis: non perdet mercedem suam. Et quisq; scandalizauerit unum ex his pusillis: credentibus in me: bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius: et in mare mitteretur. Et si scandalizauit te manus tua: abscide illam. Bonum est tibi debilem introire uitam: quam duas manus habentem ire in gehennam ignem inextinguibilem. Vbi uermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat: amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in uitam eternam: quam duos pedes habentem: mitti in gehennā ignis inextinguibilis. Vbi uermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te: eice eum. Bonū est tibi luscum introire in regnum dei: quam duos oculos habentem: mitti in gehennam ignis: ubi uermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur: et omnis uictima sale salietur. Bonum est sal. Quod si sal infatuum fuerit: in quo illud condietis? habete in uobis sal: et pacem habete inter uos.

Et inde exsurgens uenit in fines iudee ultra iordanem. Et conuenerunt iterum turbe ad eum. Et sicut consueuerat: iterum docebat illos. Et accedentes pharisei: interrogabant eum si licet uiro uxorem dimittere temptantes eum. At ille respondens dixit eis. Quid uobis precepit moyses? Qui dixerūt. moyses permisit libellum repudii scribere: et dimittere. Quibus respondens ihs ait. Ad duritiam cordis uri: scripsit uobis preceptum illud. Ab initio autem creature: masculū et feminam fecit eos deus et dixit. Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem: et adherebit uxori sue. Et erunt duo i

carne una. Itaq; iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non se
p ret. Et in domo iterum discipuli eius: de eodem interrogauerunt eum. Et dicit illis. Quicū
q; dimiserit uxorem suam et aliam duxerit. adulterium committit sup eam. Et si uxor uiri
serit uirum suum: et alij nupserit. mechatur. Et offerebant illi puerulos: ut tangeret illos. Di
scipuli autem: comminabantur offerentibz. Quos cum uideret ihs indigne tulit; et ait illis. Si-
nite puerulos uenire ad me: et ne prohibueritis eos: talium est enim regnum dei. Amen dico uobis:
quisq; non receperit regnum dei uelud puerulus. non intrabit in illud. Et complexans eos: et
imponens manus super illos: benedicebat eos. Et cum egressus esset in uia: procurrens quidam
genu flexo ante eum: rogabat eum dicens. Magister bone: quid faciā ut uitam etiam capiam:
Ihs autem: dixit ei. Quid me dicis bonum: nemo bonus. nisi unus deus. Precepta nosti: ne ad
ulteres ne occidas: ne furtum: ne falsum testimonium dixeris: ne fraudem feceris. honora pa-
trem et matrem. At ille respondens: ait illi. magister: omnia hec obseruaui a iuuentute mea. Ihs
autem intuitus eum: dilexit eum: et dixit illi. Unum tibi deest: uade: quecunq; habes uende: et
da pauperibus. Et habebis thesaurum in celo: et ueni sequere me. Qui contristatus in uerbo: abiit
merens erat enim habens possessiones multas. Et circumspiciens ihs: ait discipulis. Quā sius.
difficile qui pecunias habent in regnū dei introibunt: Discipuli autem obstupescebant
in uerbis eius. At ihs iterum respondens ait illis. Filioli: quam difficile est confidentes in pe-
cuniis: in regnum dei introire. Facilius est enim camelum per foramen acus transire: quam di
uitem intrare in regnū dei. Qui magis admirabant dicentes ad semetipsos. Et quis potest
saluus fieri: Et intuens illos ihs ait. Apud homines impossibile est: sed non apud deum. Oīa
enim possibilia sunt apud deum. Et cepit ei petrus dicere: ecce nos dimisimus omnia: et
secuti sumus te. Respondens ihs ait. Amen dico uobis: nemo est qui dereliquerit domū:
aut fres: aut sorores: aut patrem aut matrem. aut filios. aut agros. propter me. et propter euāgliū
qui non accipiat centies tantum. Nunc interim hoc domos: et fres: et sorores: et matres:
et filios: et agros: cum persecutionibus: et in seculo futuro uitam etiam. Multi autem erūt
primi nouissimi. et nouissimi primi. Erant autē in uia ascendentes hierosolimā: et precede
bat illos ihs. Et stupebant: et sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim: cepit
illis dicere que essent illi uenturi. Quia ecce ascendimus hierosolimā. et filius hominis tradet
principibus sacerdotū. et scribis: et senioribz: et damnabūt eū morte. Et tradent eum gentibus:
et illudent ei: et conspuent eum: et flagellabunt eum. et interficient eū: et tertia die resurget
Et accedunt ad eū iacob et iohes filij zebedei dicētes. Magister uolumus ut quodcunq; pete
rimus fiat nobis. At ille dixit eis. Quid uultis ut faciam uobis. Et dixerunt. Da nobis
ut unus ad dexteram tuam: et alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Ihs autē: ait
potestas eis. Nescitis quid petatis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor
baptizari: At illi dixerunt ei. Possumus. Ihs autē ait eis. Calicem quidem quē ego bi-
bo bibetis: et baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam ut
ad sinistram: non est meum dare uobis: sed quibus paratum est. Et audientes decem ce
perunt indignari de iacobo et iohanne. Ihs autem conuocans eos: ait illis. Scitis quia
qui uidentur principari gentibus dominant eis: et principes eorum potestatem habent ipo-
rum. Non ita est autem in uobis. Sed quicunq; uoluerit fieri maior erit uester minister. Et quicun-
q; uoluerit in uobis primus esse: erit omnium seruus. Nam et filius hominis non uenit
ministrari: sed ministrare. et dare animā suam redemptionē pro multis. Et ueniunt
iericho. Et proficiscente eo de iericho. et discipulis eius: et plurima multitudine: filius time
bartimeus cecus. sedebat iuxta uiam mendicans. Qui cū audisset quia ihs nazarenus
est: cepit clamare et dicere. Fili dauid ihu miserere mei. Et comminabantur illi multi ut
taceret. At ille multo magis clamabat. fili dauid miserere mei. Et stans ihs precepit il
lum uocari: et uocant cecum dicentes ei. Animequio: esto: surge uocat te. Qui proiecto uesti
mento suo: exiliens uenit ad eum. et respondens ihs: dixit. Quid uis tibi faciā: Cecus illi
autem dixit ei. Rabboni ut uideam. Ihs ait illi. Uade: fides tua te saluum fecit. Et confestim
uidit: et sequebatur eum in uia.

Et cum adpropinquarent hierosolime et bethanie ad montem oliueti: mittit duos
ex discipulis suis et ait illis. Ite in castellum quod est contra uos: et statim intro-
euntes in castellū illud: inuenietis pullum ligatum. cui nemo adhuc hominū sedit: soluite illum et adducite. Et si quis uobis dixit quid facitis: dicite quia
dño necessarius est: et continuo illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pullū
ligatum ante ianuam foris in biuio: et soluunt eum. Et quidam de illic stantibus

dicebāt

Ev: sdm Marcum.

direbant illis. Quid facitis soluentes pullū? Qui dixerūt eis sicut preceperat illis ihūs: & dimiserūt eos. Et duxerunt pullum ad ihm: & imposuit illi vestimenta: & sedit sup eum. Plurima autē straverūt vestimenta sua in via. Alii autē frondes cedebant de arboribus: & sternebant in via. Et qui precedebant & qui sequebant clamabant dicentes. Osanna benedictus qui venit in nomine dñi. Benedictum qd venit regnū patris nri dd in excelsis Et introivit ihierosolymam in templum. Et circūspectis omnibus cum iam vespera esset hora: exivit in bethaniam cum xpo. Et alia die cum exirent a bethania esurivit. Cumq; vidisset a longe ficum habentē folia: venit si forte inveniret in ea. Et cum venisset ad eam: nichil inv̄enit p̄ter folia: non enim erat tempus ficorum. Et respondēs dixit ei. Jam non amplius in eternum ex te nullus fructum edat. Et audiebant discipuli ei. Et veniunt ihierosolymam. Et cum introisset templum: cepit ejicere vendentes & ementes in templo & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas evertit. Et non sinebat: ut quisquam transferret vas p templum: & docebat dicens eis. Nonne scriptum est: quia domus mea domus orōnis vocabitur omnibus gentibus? Vos autē fecistis eam speluncam latronum. Quo audito principes sacerdotum & scribe: querebant quomodo eum: quomodo enim timebat eum: quia universa turba admirabatur sup doctrina ejus. Et cum vespere fieret: egrediebatur de civitate. Et cum mane transirent: viderunt ficum aridam factam a radicibus. Et recordatus petrus: dixit ei: Rabbi: ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondens ihūs ait illis. Habete fidem dei. Amen dico vobis: quia quicumq; dixerit huic monti: tollere & mittere in mare: & non hesitaverit in corde suo sed crediderit: quia quodcumq; dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis. Omnia quecumq; orantes petitis: credite quia accipietis: & venient vobis: & cum stabitis ad orandum: dimittite si quid habetis adversus aliquem: ut & p̄r vester qui in celis est: dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis: nec pater vester qui in celis est: dimittet vobis peccata vestra. Et veniunt rursus ihierosolymam. Et cum ambularet in templo: accedunt ad eum summi sacerdotes: & scribe: & seniores: & dicunt illi. In qua p̄tate hec facis? Ihesus autē respondens: ait illis. Interrogabo vos & ego unum verbum: & respondete mihi. Et dicam vobis in qua potestate hec facio. Baptismus johānis de celo erat: an ex hominibus? respondete mihi. At illi cogitabant secum dicentes. Si dixerimus de celo: dicet quare ergo non credidistis ei? Si dicemus ex hominibus: timemus plebem. Omnes enim habebant johannem: Quia vere p̄pheta erat. Et respondentes: dicunt ihū: nescimus. Respondens ihūs: ait illis. Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio.

Et cepit illis in parabolis loqui. Vineam plantavit homo & circumdedit sepem: & fodit lacum: & edificavit turrim: & locavit eam agricolis: & peregre profectus est. Et misit ad agricolas tempore servum: ut ab agricolis acciperet de fructu vinee. Qui apprehensum eum ceciderunt: & dimiserunt inanem. Et iterum misit ad illos alium servum: & illum in capite vulneraverunt: & contumelijs affecerunt. Et rursum alium misit: & illum occiderunt. Et plures alios quos quidem cedentes: alios vero occidentes. Adhuc ergo unum hūs filium karissimum: & illum misit ad eos novissimum dicens: quia reverebuntur filium meum. Coloni autē dixerunt ad invicem. Hic est hēres venite occidamus eum: & nra erit hereditas. Et apprehendentes eum occiderunt et ejecerunt extra vineam. Quid ergo faciet dominus vinee? Veniet & perdet colonos: & dabit vineam alijs. Nec scripturam hanc legistis? Lapidem quem reprobaverunt edificantes: hic factus est in caput anguli? A dño factum est istud: & est mirabile in oculis nris. Et querebant illum tenere: & timuerunt turbam. Cognoverūt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixit: & relicto eo abierūt. Et mittunt ad eum quosdam ex phariseis & herodianis: ut eum capere in verbo. Qui venientes: dicunt ei. Magister scimus quia verax es: & non curas quemquam: non enim respicis personam hominum: sed in veritate viam dei doces. Licet dare tributum cesari: an non dabimus? Qui sciens versutiam eorum: ait illis. Quid me tentatis? Afferte mihi denarium ut videam. At illi obtulerunt ei. Et ait illis. Cuius est ymago hec & superscriptio? Dicunt illi cesaris. Respondens autē ihūs dixit. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: & que sunt dei deo. Et mirabantur sup eo. Et venerunt ad eum saduchei qui dicunt resurrectionem non esse. & interrogabant eum dicentes Magister moyses nobis scripsit: ut si cuius frater mortuus fuerit. & dimiserit uxorem: & filios non reliquerit: accipiat frater eius uxorem ejus: & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant & primus accepit uxorem & mortuus est: non relicto semine. Et secundus accepit eam & mortuus est. & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Novissima omnium defuncta est. & mulier in resurrectione ergo cum resurrexerint: cuius horum erit uxor? Septem enim habuerunt eam uxorem. Et respondens ihūs ait illis. Nonne ideo erratis: non scientes scripturas nec potentiam dei. Cum enim a mortuis resurrexerint nec nubent nec nubentur: sed sunt sicut angeli in celis. De mortuis autem quod resurgant non legistis in libro moysi: super rubum: quomodo dixerit illi dicens ego sum deus abraham:

perderet
bant eum

⁊ deus ysaac ⁊ deus iacob ⁊ non est deꝰ mortuoꝝ sed uiuoꝝ. Vos ergo multum erratis. Et accessit unꝰ de scribis · qui audierat illos conquirentes ⁊ uidens qm̃ bene illis respondisset ⁊ interrogauit eum quod est p̃mum oīm mandatum. Jhūs autem respondit ei · Quia p̃mum oīm mandatum est. audi isr̃l dominus deꝰ tuus deꝰ unꝰ est · ⁊ diliges dn̄m deum tuum extoto corde tuo ⁊ ⁊ extota anima tua ⁊ ⁊ extota mente tua ⁊ ⁊ extota uirtute tua · Hoc est p̃mum mandatum · Scd̃m autem ⁊ simile huic est · Diliges proximum tuum tanqm̃ te ipm̃ · Maius horum ⁊ aliud mandatum non est. Et ait illi scriba bene magr in ueritate dixisti ⁊ quia unus est ⁊ non est alius p̃ter eum. Et ut diligatur extoto corde ⁊ extoto intellectu ⁊ ⁊ extota anima ⁊ ⁊ extota fortitudine. Et diligere proximum tanquam se ipm̃ · maius est omnibus holocaustomatibus ⁊ sacrificiis. Jhūs autē uidens quod sapienter respondisset ⁊ dixit illi Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eum ampl̃ius interrogare. Et respondens ihūs dicebat ⁊ docens in templo. Quomodo dicunt scribe ⁊ xp̃m filium dauid dr̃e cum dauid ipe dicit in spu sco · Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis · Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum · Ipe ergo dauid dicit eum dn̄m ⁊ unde est filius eius ? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat illis in doctrina sua. Cauete a scribis qui uolunt in stolis ambulare ⁊ ⁊ salutari in foro ⁊ in primis cathedris sedere in synagogis · ⁊ primos discubitus in conuiuiis. Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixe oōnis hi accipient prolixius iudicium. Et sedēs ihūs contra gazophilacium aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilacium ⁊ multi diuites iactabant multa. Cum uenisset autē una uidua paup ⁊ misit duo minuta quod est quadrans ⁊ conuocatis discipulos suos ⁊ dixit illis · Amē dico uobis ⁊ quoniam uidua hec paup plus omnibus misit qui miserunt in gazophilacium omnes enim ex eo qđ habundabāt illis miserunt. Hec uo de penuria sua omnia que habuit ⁊ misit totum uictum suum xm̃ C

Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis. Cum intrasset capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de ihu misit ad eum seniores iudeorum: rogans eum ut veniret & sanaret seruum eius. At illi cum venissent ad ihm: rogabant eum sollicite dicentes ei. Quia dignus est ut hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram: & synagogam ipe edificauit nobis. Ihs autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo: misit ad eum centurio amicos dicens. Domine noli te vexare. Non enim dignus sum: ut sub tecti meum intres. Propter quod & me ipm non sum dignum arbitratus: ut venirem ad te. Sed dic verbo: & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus: habens sub me milites. Et dico huic vade: & vadit. Et alio veni: & venit & seruo meo fac hoc & facit. Quo audito ihs: miratus est: & conuersus sequentibus se turbis dixit. Amen dico vobis: nec in israhel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum inue nerunt seruum: qui languerat sanum. Et factum est deinceps ibat. in ciuitatem que vocatur naim: & ibant cum illo discipuli eius: & turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius unicus matri sue. Et hec vidua erat & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dñs: misericordia motus super eam: dixit illi noli flere. Et accessit: & tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt: & ait adolescens: tibi dico: surge. Et resedit qui erat mortuus: & cepit loqui: & dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: & magnificabant deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia deus visitauit plebem suam. Et exiit hec fama in vniuersam iudeam de eo: & omnem circa regionem. Et nunciauerunt Io hanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes: & misit ad ihm dicens Tu es qui venturus es an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri: dixerunt Johannes baptista misit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es an alium expectamus? In ipa autem hora: curauit multos a languoribus & plagis & spiritibus malis: & cecis multis donauit visum. Et respondens dixit illis: euntes nunciate iohi que vidistis & audistis: quia ceci vident claudi ambulant: leprosi mundantur. Surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus est quicunq; non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuncii iohannis: cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in desertum videre harundinem vento motam? Sed quid existis videre: hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis in domibus regum sunt. Sed quid exi stis videre? prophetam. utiq; dico vobis: & plus quam prophetam. Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis maior inter natos mulierum propheta iohanne bap tista nemo est. Qui autem minor est in regno dei maior est illo. Et omnis populus audiens & publicani: iustificauerunt deum baptizati baptismo iohannis. pharisei autem & legis periti consilium spreuerunt dei in semetipsos: non baptizati ab eo. Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt. Similes sunt pueris sedentibus in foro & loquentibus ad inuicem: & dicentibus. Cantauimus vobis & non saltastis. Lamentauimus: & non plorastis. venit enim iohes baptista nec manducans panem: nec bibens vinum. & dicitis demonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicitis ecce homo deuorator: & bibens vinum: amicus publicanorum & peccatorum: & iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Rogauit autem illum quidam de phariseis: ut manducaret cum illo: & ingressus domum pharisei discubuit. & ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: ut cognouit quod accubuit in domo pharisei: attulit alabastrum unguenti: & stans retro secus pedes eius: lacrimis cepit rigare pedes eius & capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: & ungento ungebat. Videns aut phariseus qui vocauerat eum ait intra se dicens. Hic si esset propheta sciret utiq; que & qualis mulier est que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens ihs dixit ad illum. Symon habeo tibi aliquid dicere. At ille at. Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori unus debebat denarios quingentos alius quinqua ginta. Non habentibus illis unde redderent: donauit utrisq;. Quis g̃o eorum plus diliget? Respondens symon dixit estimo: quia is cui plus donauit. At ille: dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit symoni vides hanc mulierem? Intrauit in domum tuam: aquā pedibus meis non dedisti. hec autem lacrimis rigauit pedes meos: & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hec autē ungento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autē ad illam ihs. Remittuntur tibi peccata. Et cepit qui simul accumbebant: dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit ad mulierem fides tua te saluā fecit vade in pace. Cum

Et factum est deinceps: & ipe iter faciebat per ciuitatem & castellum: predicans & euangelizans regnum dei & ix cum eo. & mulieres aliquot que erant curate a spiritibus malignis: & infirmitatibus. Maria

que uocatur magdalena de qua vij demonia exierant. Et iohanna uxor chuze procuratoris herodis: & susanna: & alie multe que ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret: & de ciuitatibus properarent ad eum: dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare: semen suum. Et dum seminat: aliud cecidit secus uiam: & conculcatum est: & uolucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exorte spine suffocauerunt illud Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius: que esset hec parabola. Quibus ipse dixit. vobis datum est nosse misterium regni dei. Ceteris autem in parabolis: ut uidentes non uideant: & audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam sunt: hi sunt qui audiunt: deinde uenit diabolus. & tollit uerbum de corde eorum: ne credentes salui fiant. Nam qui super petram qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum. & hi radices non habent: qua ad tempus credunt: & in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt qui audierint & a sollicitudinibus & diuitijs & uoluptatibus uite euntes suffocantur & non referunt fructum Quod autem in bonam terram: hi sunt qui corde bono & optimo: audientes uerbum retinent. Et fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens: operit eam uase: aut subtus lectum ponit: sed super candelabrum ponit: ut intrantes uideant lumen. Non enim est occultum quod non manifestetur. Neque absconditum quod non cognoscat: & in palam ueniat. Videte ergo quomodo audiatis: Qui enim habet: dabitur illi. Et quicumque non habet: etiam quod putat se habere auferetur abeo. Venerunt ad illum mater & fres eius: & non poterant adire eum pre turba. Et nunciatum est illi. Mater tua & fres tui foris stant. uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad illos. Mater mea & fres mei hi sunt qui verbum dei audiunt & facit. Factum est autem una dierum: & ipse ascendit in nauiculam. & discipuli eius. Et ait ad illos. Transeamus trans stagnum. & ascenderunt. Nauigantibus autem illis: obdormiuit. Et descendit procella uenti in stagnum: & complebantur fluctibus. & periclitabantur. Accedentes autem ad eum: suscitauerunt eum dicentes. Preceptor: perimus. At ille surgens increpauit uentum: & tempestatem aque & cessauit & facta est tranquillitas. Dixit autem illis. ubi est fides uestra? Timentes admirati sunt: dicentes ad inuicem. Quis putas hic est? quia & uentis imperat & mari: & obediunt ei. Et nauigauerunt ad regionem gerasenorum: que est contra galileam. Et cum egressus esset ad terram: occurrit illi uir quidam qui habebat demonium iam temporibus multis: & uestimento non induebatur: nec in domo manebat: sed in monumentis. Is ut uidit ihm: procidit ante illum: & exclamans uoce magna dixit. Quid mihi & tibi est ihu fili dei altissimi? Obsecro te: ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo: ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum. Et uinciebatur catenis: & compedibus custoditus: & rumpens uincula: agebatur a demonio in deserta. Interrogauit autem illum ihus dicens. Quod tibi nomen est? At ille dixit legio. Quia intrauerant demonia multa in eum. Et rogabant illum ut in abissum iret. Erat autem grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant illum ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo demonia ab homine & intrauerunt in porcos. Et impetu abiit grex per precipe in stagnum: & suffocatus est. Quod ut uiderunt factum qui pascebant: fugerunt & nunciauerunt in ciuitatem & in villas. Exierunt autem uidere quod factum est: & uenerunt ad ihm. Et inuenerunt hominem sedentem a quo demonia exierunt uestitum ac sana mente ad pedes eius. & timuerunt. Nunciauerunt autem illis. et qui uiderant quomodo sanus factus esset a legione. Et rogauerunt eum omnis multitudo regionis gerasenorum ut discederet abipis: quia timore magno tenebantur. Ipse autem ascendens nauim: reuersus est. Et rogabat illum uir a quo demonia exierant: ut cum eo esset. Dimisit autem ihus eum dicens. Redi in domum tuam & narra quanta fecit tibi deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem: predicans quanta illi fecisset deus. Factum autem est cum rediisset ihus: excepit illum turba: erant enim omnes exspectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen iayrus: & ipse princeps synagoge erat & cecidit ad pedes ihu: rogans eum ut intraret in domum eius. Quia filia unica erat illi fere annorum duodecim & hec moriebatur. Et contigit dum iret: a turbis comprimebatur. Et mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis xij que in medicos erogauerat omnem substantiam suam: nec ab ullo potuit curari accessit retro & tetigit fimbriam eius uestimenti: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait ihus. Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus: dixit petrus & qui cum illo erant. Preceptor: turbe te comprimunt & affligunt: & dicis quis me tetigit? Et dixit ihus tetigit me aliquis. Nam & ego noui uirtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit: tremens uenit: & procidit ante pedes illius. Et ob quam causam tetigerit eum: indicta est coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse: dixit illi. filia: fides tua saluam fecit te uade in pace. Adhuc illo loquente: uenit quidam a principe synagoge dicens ei. Quia mortua est filia tua: noli uexare illum. Ihus audito uerbo: respondit patri puelle. Noli timere: crede tantum & salua erit. Et cum uenisset domum non permisit quemquam intrare secum: nisi petrum & iohannem & iacobum: & patrem & matrem puelle: flebant omnes: & plangebant illam. At ille dixit nolite flere: non est mortua sed dormit. Et irridebant eum: scientes quia mortua est. Ipse autem tenens manum eius: exclamauit dicens. Puella surge. Et reuersus est spus eius. & surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare. Et obstupuerunt parentes. Quibus precepit ne alicui dicerent: quod factum erat ℣ ℟

Conuocans autem duodecim apostolos dedit illis uirtutem & potestatem super omnia demonia: & ut languores curarent. & misit illos predicare regnum dei & sanare infirmos. Et ait ad eos. Nichil tuleritis in

Ex. scm Lucam.

ne q̄z unqam: ne q̄z penam: ne q̄z panem: ne q̄z pecuniam: ne q̄z duas tunicas hēatis. Et in q̄mcunq̄z domum introieritis: ibi manete. Et inde non exeatis. Et quicunq̄z non r̄ceperit uos: exeuntes de ciuitate illa: etiam pulueren pedum uestrorum excutite: in testimonium supra illos. Egressi autem ibant p castella: euāgelizantes & curantes ubiq̄z. Audiuit autem herodes tetrarcha omnia que fiebant ab eo: & hesitabat eo quod diceretur a quibusdam quia iohēs surrexit a mortuis. A quibusdam uē: quia helias apparuit. alijs autem: q̄ ppha omis de antiquis surrexit. Et ait herodes. Johannem ego decollaui: quis aut̄ est de quo audio talia. Et quer bat uidere eum. Et reuersi apli: narrauerunt illi quecunq̄z fecerunt. Et assumpt os illis: secessit seorsum in locum desertum qui est bethsaide. Quod cum cognouissent turbe secute sūt i" & excep" & loquebat" illis de regno dei: & eos qui cura indigebat sanabat. Dies autem ceperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbas ut euntes in castella: uillas q̄z circa sunt diuertāt: et inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. At aut̄ ad illos. Vos date illis manducare Et illi dixerunt. Non sunt nob̄ plus quam quinq̄z panes: & duo pisces. Nisi forte nos eam" & omnem" in omnem hanc turbam escas. Erant autem: fere uiri quinq̄z milia. Ait autem ad discipulos suos. facite illos discumbere p conuiuia quinquagenos ita & fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autem quinq̄z panibz & duobz piscibz: respexit in celum & benedixit illis. Et fregit: & distribuit discipulis suis: ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes & saturati sunt omnes. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentoz cophini duodecim. Et factum est cum solus esset orans: erant cum illo & discipuli ei. Et interrogauit illos dicens. Quem dicunt me ee turbe: At illi respon derunt: & dixerunt Johem baptistam: alij aut̄ helia: alij aut̄ quia ppha de prioribz surrexit un. Dixit autem illis vos autem quem me ee dicitis. Respondit simon petrus: dixit xpm dei. At ille increpans illos: precepit ne cui diceret. Dicens: quia oportet filium hois multa pati & reprobari a seniorib & principibz sacerdotum & scribis: & occidi & tercia die resurgere. Dicebat autem ad omnes. Si quis uult post me uenire: abneget se metipm: & tollat crucem suam cotidie: & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluā fa" uolūt perdet illam. Qui aut̄ perdiderit animam suam propt̄ me saluam faciet illam. Quid enim prodest homo si lucretur uniuersum mundū se ipm autem perdat: & detrimentum sui faciat. Nam qui me erubuerit & meos sermones: hunc filius hois erubescet: cum uenerit in maiestate sua & p̄is: sanctoz angelorum. Dico autem uobis uere sunt aliqui hic stantes: qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei. Factum est autem post hec uerba: fere dies octo: assumpsit petrum iacobum & Johannem: & ascendit in montem ut oraret. Et speries uultus eius facta est altera. Et uestitus eius albz refulgens & ecce duo uiri loquebantur cum illo. Erant aut̄ moyses & helias uisi in maiestate. Et dicebant excessum eius quem completur" erat in hlm. Petrus uero & qui cum illo erant: grauati erant somno. Et euigilantes uiderunt maiestatem eius: & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est dum discederent ab illo ait petrus ad ihm. Bone magr bonum est nos hic ee. Et faciam" tria tabernacula: unum tibi: & unum moysi & unum helie. nesciens q̄ diceret. Hec autem illo loquente: facta est nubes: & obumbrauit eos. & timuerunt dum intrarent in nubem: & uox facta est de nube illa dicens. Hic est filius meus dilectus: ipm audite. Et dum fieret uox: inuentus sol" ihs est: & ipi tacuerunt & nemini dixerunt in illis diebus quicquam: ex his que uiderant. Factum est aut̄ insequenti die descendentibz illis de monte: occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba: exclamauit dicens. Magister obsecro te respice in filium meum: quia unic" est mihi. Et ecce spūs apprehendit illum: & subito clamat. & elidit. & dilaniat eum cum spuma: & uix discedit dilacians eum. Et rogaui discipulos tuos. ut ejicerent illum: & non potuerunt. Respondens aut̄ ihs dixit. O generatio infidelis & peruersa: usq̄z quo ero apud uos & patiar uos? adduc hic filium tuum. Et cum accederet: elisit illum demonium & dilaniauit. Et increpauit ihs spūm im mundum: & sanauit puerum. Et reddidit illum patri eius. Stupebant aut̄ omnes in magnitudine dei. Omnibz q̄z mirantibz in omnibz que faciebat: dixit ad discipulos suos. Ponite uos in cordibz uris sermones istos. filius enim hois futurum est ut tradatur in manus hominū. At illi ignorabant uerbum istud: & erat uelatum ante eos ut non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc uerbo. Intrauit aut̄ cogitatio in eos: quis eoz maior esset. At ihs uidens cogitationes cordis eoz: apprehendens puerū statuit secus se. & ait illis. Quicunq̄z susceperit puerum istum in nomine meo me recipit. Et quicunq̄z me recipit: recipit eum qui me misit. Nam qui minor est in oībus uos hic maior est. Respondens autem iohannes dixit. Preceptor: uidimus quendam in no mine tuo demonia eicientem: & prohibuimus eum: quia non sequitur nos. Et ait ad illum ihs nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos pro uobis est. Factum est autem dum complerent" dies assumptionis eius: & ipe faciem suam firmauit ut iret hierusalem: & misit nuncios ante conspectum suum. Euntes intrauerunt in quandam ciuitatem samaritanoz: ut parerent illi. Et non receperunt eum quia facies eius erat euntis in hierl. Cum uidissent autem discipuli eius iacobus & Johes dixerunt Domine: uis dicimus ut ignis descendat de celo & consumat illos. Et conuersus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spūs estis: filius hominis non uenit animas perdere: sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autem ambulantibz illis in uia: dixit quidā ad illum. Sequar te quocunq̄z ieris. Et ait illi ihs uulpes foueas habent & uolucres celi nidos filius aut hominis non habet ubi caput suum reclinet. Alius autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Domine permitte mihi primum ire & sepelire patrem meum. Dixit aut̄ ei ihs. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem uade: adnuncia regnum dei. Et ait alt̄. Sequar te domine. Sed primum permitte mihi: re

nunciare hys qui dom sunt Aut adillum ihus · Nemo mittens manum suam mataratum · & aspiciens retro: aptꝰ
est regno dei Lx

Post hꝫ aũ deliguauit dominus: & alios septuaginta duos · Et misit illos binos ante faciem suam ī
omnem ciuitatem & locum quo erat ipe ueniturus: & dicebat illis · Messis quidem multa: operarij aũt
pauci · Rogate gꝰ dñm messis: ut mittat operarios in messem suã · Ite · Ecce ego mitto uos sicut agnos inter
lupos · Nolite portare sacculum: neqꝫ peram: neqꝫ calciamenta: aut neminem p uiam salutaueritis ·
In quamcunqꝫ domum intraueritis: primum dicite: pax huic domui · Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup
illam pax uestra · Si minꝰ: ad uos reuertetur · In eadem aũt domo manete: edentes & bibentes que apud illos est
Dignus est enim operarius: mercede sua · Nolite transire: de domo in domum · Et in quamcunqꝫ ciuitatem intra
ueritis: & susceperint uos manducate que apponuntur uobis · Et curate infirmos qui in illa sunt & dicite illis
Appropinquauit in uos regnum dei · In quamcunqꝫ ciuitatem intraueritis: & non receperint uos: exeuntes in pla
teas eius: dicite · Etiam pulueren qui adhesit nobis de ciuitate uestra: excutimꝰ in uos · Tamen hoc scitote quia
appropinquauit regnum dei · Dico uobis · quia sodomis in die illa remissius erit: quam illi ciuitati · ue tibi chor
azam: ue tibi bethsaida: Quia si in tyro & sydone facte fuissent uirtutes que in uobis facte sunt
olim in cinere sedentes penituissent · ueruntamen tyro & sydon remissius erit in iudicio quam uobis · Et
tu capharnaum usqꝫ ad celum exaltata: usqꝫ ad inferos demergeris · Qui uos audit: me audit · Et qui uos spernit
me spernit · Qui autem me spernit: spernit eum qui me misit · Reuersi sunt autem lxxij cum gaudio dicentes · Dñe
etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo · Et ait illis · uidebam sathanam: sicut fulgur de celo cadentem
Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones: & super omnem uirtutem inimici: & nichil nos
nocebit · uerumtamen in hoc nolite gaudere: quia spus subiciuntur uobis · Gaudete autem quod nomina ura scripta
sunt in celis · In ipa hora exultauit in spu sancto & dixit · Confiteor tibi pater dñe celi & terre: quod abscondisti ha
sapientibus hec & prudentibus & reuelasti ea paruulis · Etiam pater: quia sic placuit ante te · Omnia mihi tradita
sunt a patre meo · Et nemo scit qui sit filius nisi pater · Et qui sit pater nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare · Et
conuersus ad discipulos suos · dixit · Beati oculi qui uident: que uos uidetis · Dico enim uobis: quod multi prophe
te & reges uoluerunt uidere que uos uidetis: & non uiderunt · Et audire que auditis · & non audierunt · Ecce quidã
legis peritus surrexit: temptans illum & dicens · Magister quid faciendo uitam etiam possidebo · At ille dixit ad
eum · In lege quid scriptum est: quomodo legis · Ille respondens dixit · Diliges dominum deum tuum ex toto cor
de tuo: & ex tota anima tua: & ex omnibus uiribus tuis · & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut te ipsum ·
Dixitqꝫ illi recte respondisti · hoc fac & uives · Ille aũt uolens iustificare se ipm: dixit ad ihm · Et quis est me
proximus · Suscipiens aũt dixit · Homo quidam descendebat ab hierusalem in hiericho & incidit in latrones · Qui etiã
spoliauerunt eum: & plagis impositis: abierunt semiuiuo relicto · Accidit autem ut sacerdos quidam descende
ret eadem uia: et uisso illo pretermit · Similiter & leuita cum esset secus locum: & uidisset eum pertransiit · Sama
ritanus autem quidam iter faciens: uenit secus eum: & uidens eum misericordia motus est · Et approprians alligauit uul
nera eius: infundens oleum & uinum · Et ponens illum in iumentum suum: duxit in stabulum: & curam eius
egit · Et altera die protulit duos denarios: dedit stabulario & ait · Curam illius habe: & quodcunqꝫ supero
gaueris · ego cum rediero reddam tibi · Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse · illi qui incidit in latro
nes: At ille dixit · Qui fecit misericordiam in illum · Et ait illi ihus · uade: & tu fac similiter · Factum est autem dum
irent: & ipe intrauit in quoddam castellum · Et mulier quedam martha nomine: excepit illum in domum suam · Et
huic erat soror: nomine maria: que etiam sedens secus pedes domini: audiebat uerbum illius · Martha autem
satagebat circa frequens ministerium · Que stetit: & ait · Domine: non est tibi cure: quod soror mea reliquit me
solam ministrare · Dic ergo illi ut me adiuuet · Et respondens: dixit illi dominus · Martha · martha: sollicita
es: & turbaris erga plurima · Porro unum est necessarium maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea · Et

Factum est cum esset in loco quodam orans: ut cessauit: dixit unus ex discipulis suis ad eum · Domine
doce nos orare sicut & iohannes docuit discipulos suos · Et ait illis · Cum oratis dicite · Pater sanctificetur
nomen tuum · Adueniat regnum tuum · Panem nostrum cotidianum da nobis cotidie · Et dimitte
nobis peccata nostra · Siquidem & ipi dimittimus omni debenti nobis · Et ne nos inducas in temptationem ·
Et ait ad illos · Quis nostrum habebit amicum: & ibit ad illum media nocte: & dicet illi: Amice commoda
mihi tres panes: quia amicus meus uenit de uia ad me: & non habeo quod ponam ante illum · Et ille deintus
respondens: dicat · Noli mihi molestus esse iam hostium clausum est & pueri mei mecum sunt in cubili: non
possum surgere & dare tibi · Et si perseuerauerit pulsans: dico uobis · Et si non dabit illi: surgens eo quod amici
eius sit propter improbitatem tamen eius surgens dabit illi quicquid habet necessarios · Et ego uobis dico · Petite: &
dabitur uobis · Querite & inuenietis · Pulsate: & aperietur uobis · Omnis enim qui petit accipit: & qui querit inue
nit: & pulsanti aperietur · Quis autem ex uobis patrem petit panem: numquid lapidem dabit illi: Aut pisces:
numquid pro pisce serpentem dabit: Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem: Si ergo uos cum sitis
mali: nostis bona data dare filiis uris quanto magis pr̃ uꝛr de celo dabit spm bonum petentibus se · Et erat

Ev. scm Lucam.

ciatus demonium: & illud erat mutum. Et cum ejecisset demonium: locutus est mut & admirati sunt turbe
Quidam autem ex eis dixerunt. In belzebub principe demoniorū ejicit demonia. Et alij tentantes: signum
de celo querebant abeo. Ipe autem ut vidit cogitationes eor. dixit eis. Omne regnum in se ipm desolabitur
& domus sup domum cadit. Si autē: sathanas in se ipm divisus est: quomodo stabit regnum ipius. Quia dicit
in belzebub ejicere me demonia. Si autem ego in belzebub ejicio demonia filij vri in quo ejiciunt: ideo ipi: judices
vri erunt. Porro si in digito dei ejicio demonia, profecto pvenit in vos regnū dei. Cū fortis armatus custodit atrium su
um: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superveniens: vincit eum: universa arma ejus aufert in
quibus confidebat: & spolia ejus distribuet. Qui non est mecum adversum me est. Et qui non colligit mecum
dispergit. Cum immundus spiritus ejcerit ab homine: ambulat per loca inaquosa: quercens requiem & non in
veniens dicit. Revertar in domum meam: unde exivi. Et cum venerit invenit scopis mundatam. Et tunc va
dit & assumit septem alios spiritus nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius
pejora primis. Factum est autem cum hec diceret: extollens vocem quedā mulier de turba dixit illi. Beatus
venter: qui te portavit: & ubera que suxisti. At ille dixit. Quinymmo beati qui audiunt verbum dei & custo
diunt illud. Turbis autem concurrentibus cepit dicere. Generatio hec generatio nequam est. Signum querit
& signum non dabitur ei: nisi signum jone. Nam sicut jonas fuit signum ninivitis: ita erit & filius hominis
generationi isti. Regina austri surget in judicio cum viris generationis hujus: & condemnabit illos. Quia venit
a finibus terre: audire sapientiam salomonis. Et ecce plus salomone hic. Viri ninivite surgent in judicio cum
generatione hac: & condemnabunt illam: quia penitentiam egerunt ad predicationem jone. Et ecce plus quam
jona hic. Nemo lucernam accendit: & in abscondito ponit: nec qui sub modio: sed sup candelabrum: ut qui ingre
diuntur lumen videant. Lucerna corporis tui: est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum
lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est
tenebre sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum erit: non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum tot
um & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cum loqueretur rogavit eum quidam pharisevs ut prandet apud
se. Et ingressus recubuit. Pharisevs autem cepit intra se reputans dicere: quare non baptizatus esset ante prān
dium. Et ait dominus ad illum. Nunc vos pharisei quod deforis est calicis & catini mundatis. Quod autem intus
est vestrum plenum est rapina & iniquitate. Stulti: nonne qui fecit quod deforis est: etiam id quod intus est fecit? Verum
tamen quod superest: date elemosinam: & ecce omnia munda sunt vobis. Sed ne vobis pharisevs qui decimatis mentam &
rutam: & omne holus: & pretermittitis judicium & caritatem dei. Hec autem oportuit facere: & illa non omittere. Ve vobis pha
risevs qui diligitis primas cathedras in synagogis: & salutationes in foro. Ve vobis quia estis ut monumenta que non ap
parent: & homines ambulantes super nesciunt. Respondens autem quidam ex legis peritis ait illi magister hec dicens:
etiam nobis contumeliam facis. At ille ait. Et vobis legis peritis ve: quia honeratis homines oneribus que porta
ri non possunt: & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas. Ve vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres
autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini: quod consentiatis operibus patrum vestrorum. Quoniam qui
dem ipsi occiderunt eos: vos autem edificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas
& apostolos: & ex illis occident & persequentur. ut requiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a con
stitutione mundi: a generatione ista. A sanguine Abel usque ad sanguinem Zacharie: qui perijt inter altare &
edem. Ita dico vobis requiretur ab hac generatione. Ve vobis legis peritis: quia tulistis clavem scientie: ipsi non in
troistis: & eos qui introibant prohibuistis. Cum hec ad illos diceret cepunt pharisei & legis perita graviter
insistere: & os eius opprimere de multis insidiantes ei. Et querentes capere aliquid ex ore eius: ut accusarent eum

Cxxij.

Interea autem turbis circumstantibus: ita ut se invicem conculcarent: cepit dicere: ad discipulos suos. Ad
tendite a fermento pharisevorum: quod est hypocrisis. Nichil opertum est quod non revelabitur: nec occultum quod non
sciatur. Quo que in tenebris dixistis: in lumine dicentur. Et quod in aurem locuti
estis in cubiculis: predicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis: ne terreamini qui occidunt corpus: & post
hec non habent amplius quod faciant. Ostendam autem vobis: quem timeatis. Timete eum: qui postquam occi
derit: habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete. Nonne quinque passeres venient
dipondio: & unus ex illis non est in oblivione coram deo. Sed & capilli capitis vestri: omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis. Dico autē vobis. Omnis quicumque confessus fuerit me coram ho
minibus & filius hominis confitebitur illum: coram angelis dei. Qui autem negaverit me coram hominibus: negabitur coram
angelis dei. Et omnis qui dixerit verbum in filium hominis: remittetur ei. Ei autē qui in spiritum sanctum blasphe
maverit: non remittetur. Cum autē inducent vos in synagogas: & ad magistratus: & potestates: nolite solliciti
esse quomodo aut quid respondeatis: aut quid dicatis. Spūs enim sanctus docebit vos in ipsa hora: quid oporteat
dicere. Ait autem ei quidam de turba. Magister dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem. At ille dixit ei:
Homo quis me constituit judicem: aut divisorem super vos? Dixitque ad illos. Videte & cavete ab omni avaricia
quia non in abundantia cuiusquam vita ejus est: ex his que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens.
Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicens. Quid faciam: quod non habeo
quo congregem fructus meos. Et dixit. Hoc faciam: destruam horrea mea & maiora faciam. Et illuc congrega

bo anima que nata sunt mihi & bona mea · Et dixam anime mee · Anima habes multa bona · posita in annos plurimos · Requiesce · comede · bibe epulare · Dixit autem illi deus · Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te · que autem parasti cuius erunt · Sic est qui sibi thesaurizat · & non est in deum dives · Dixit autem ad discipulos suos · Ideo dico vobis · Nolite solliciti esse anime vre · quid manducetis · neq; corpi quid vestiamini · Anima plus est quam esca · & corp plus q̃ vestimentum · Considerate corvos · quia non seminant neq; metunt quibus non est cellarium neq; horreum · & deus pascit illos · Quanto magis vos pluris estis illis · Quis autem vestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum · Si ergo neq; quod minimum est potestis · quid de ceteris sollicati estis · Considerate lilia agri quomodo crescunt · non laborant neq; nent · Dico autem vobis · Q̃m salemon in omni gloria sua vestiebatur · sicut unum ex illis · Si autem fenum quod hodie in agro est · & cras in clibanum mittitur · deus sic vestit · Quanto magis vos pusille fidei · Et vos nolite querere quid manducetis · aut quid bibatis · & nolite in sublime tolli · Hec enim omnia · gentes mundi querunt · Pr autem vester scit · quoniam his indigetis · Verumtamen pnium querite regnum dei · & hec omnia adicientur vob · Nolite timere pusillus grex · quia complacuit pri vestro · dare vob regnum · Vendite que possidetis · & date elemosinam · Facite vobis saculos qui non veterescunt · thesaurum non deficientem · in celis · quo fur non approiat · neq; tinea corrumpit · ubi enim thesaur vester est ibi & cor vestrum erit · Sint lumbi vestri precincti · & lucerne ardentes in manibus vestris · Et vos similes hominib expectantib dominum suum · quando revertatur a nupcis · ut cum venerit & pulsaverit · confestim aperiant ei · Beati servi illi · quos cum venerit dominus · invenerit vigilantes · Am dico vobis · quod precinget se · & faciet illos discumbere · & transiens ministrabit illis · Et si venerit in secunda vigilia · & si in tertia vigilia venerit · & ita invenit · beati sunt servi illi · Hoc autem scitote · quoniam si sciret pater familias qua hora fur veniret · vigilaret utiq; & non sineret perfodi domum suam · Et vos estote parati · quia qua hora non putatis filius hominis venit · Ait autem ei petrus · Domine ad nos dicis hanc parabolam an & ad omnes · Dixit autem dominus Quis putas est fidelis dispensator & prudens · quem constituit dominus sup familiam suam · ut det illis in tempe tritic · Beatus ille servus quem cum venerit dominus · invenerit ita facientem · vere dico vobis · Quia sup omnia que possidet · constituet illum · Quod si dixerit servus ille · in corde suo · moram facit dominus meus venire · Et cepit percutere pueros · & ancillas · & edere & bibere & inebriari · veniet dominus illius servi · in die qua non sperat · & hora q̃ nescit · Et dividet eum · partemq; eius cum infidelibus ponet · Ille aut̃ servus qui cognovit voluntatem domini sui · & non preparavit & non fecit secundum voluntatem eius · vapulabit multis · Qui autem non cognovit & fecit digna plagis vapulabit paucis · Omni autem cui multum datum est · multum quretur ab eo · Et cui commendaverunt multum · plus petent ab eo · Ignem veni mittere in terram · & quid volo nisi ut accendatur · Baptisma autem habeo baptizari · & quomodo coarctor · usq; dum perficiatur · Putatis quia pacem veni dare in terram · Non · Dico autem vobis · sed separationem · Erunt enim ex hoc quinq; in domo una divisi · tres in duo · & duo in tres dividentur · Pater in filium · & filius in patrem · mater in filiam · & filia in matrem · Socrus in nurum sua · & nurus in socrum suam · Dicebat autem & ad turbas · Cum videritis nubem orientem ab occasu · statim dicitis imbres venit · & ita fit · Et cum austrum flante · dicitis quia estus erit · & fit · Hypocrite · faciem terre & celi nostis probare · hoc aut tempus quomodo non probatis · quid autem & a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est · Cum autem vadis cum adversario tuo ad principem in via da operam liberari ab illo · ne forte trahat te ad iudicem · & iudex tradat te exactori · & exactor mittat te in carcerem · Dico tibi · non exies inde donec & novissimum minutum reddas · xiij

Aderant autem quidam ipso tempore nunciantes illi de galileis · quorum sanguinem pylat miscuit · cum victimis eor · Et respondens dixit illis · putatis quod hi galilei precatores fuerunt pre cunctis galileis · quia talia passi sunt · Non · Dico vob · Sed nisi penitentiam habueritis · omnes similiter peribitis · Quid illi decem · & octo sup quos cecidit turris in siloam · & occidit eos · Putatis quia & ipsi debitores fuerunt pre cunctis hominib habitantes in hierl̃m · Non dico vob · Sed si non penitentiam egeritis · omnes similiter peribitis · Dicebat autem hanc similitudinem · Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua · & venit querens in illa fructum · & non invenit · Dixit autem ad cultorem vinee · Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac · & non invenio · Succide ergo illam · ut quid etiam terram occupat · At ille respondens dixit illi · Domine dimitte illam et hoc anno · usq; dum fodiam circa illam · & mittam stercora · Et si quidem fecerit fructum · sin autem · in futurum succides eam · Et erat autem docens in synagoga · eor sabbatis · Et ecce mulier que habebat spm infirmitatis annis decem & octo · & erat inclinata · nec omnino poterat sursum respicere · Quam cum vidisset ihs · vocavit ad se · & ait illi · Mulier dimissa es ab infirmitate tua · Et imposuit illi manus · & confestim erecta est · & glorificabat deum · Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset ihs · dicebat turbe · Sex dies sunt · in quibus oportet operari · In his ergo venite curamini · & non die sabbati · Respondens ad illum dominus dixit · Hypocrite unusquisq; vestrum sabbato non solvit bovem suum aut asinum a presepio · & ducit ad aquare · Filiam autem abrahe · quam alligavit satanas · ecce decem & octo annis · non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati · Et cum hec diceret · erubescebant omnes adversarii eius · Et omnis populus gaudebat in universis que gloriose fiebant ab eo · Dicebat ergo · Cui simile est regnum dei · & cui simile esse existimabo illud · Simile est grano sinapis · quod acceptum homo misit in hortum suum · & crevit · & facta est in arborem magnam · & volucres celi requieverunt in ramis eius · Et iterum dix

Ev. sdm Lucam.

Cui simile estimabo regnum dei. Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farine sata tria donec fermentaretur totum. Et ibat per ciuitates & castella docens. & iter faciens in hierl. Dixit autem illi quidam dñe si pauci sunt qui saluantur? ipe aute dixit adillos. Contendite intrare per angustam portam? quia dico vob multi querent intrare & non poterunt. Cum autem intrauerit pater familias & clauserit ostium? & incipietis foris stare & pulsare ostium dicentes. Domine. aperi nobis. Et respondens dicet vobis. Nescio vos unde sitis? Tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te & bibimus? & in plateis nostris docuisti. Et dicet vob. Nescio vos unde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis? ibi erit fletus & stridor dentium. Cum videritis abraham ysaac? & iacob? & omnes prophetas in regno dei? vos autem expelli foras? & venient ab oriente? & occidente? & aquilone? & austro? & accumbent in regno dei. Ecce sunt nouissimi qui erant primi. Et sunt primi qui erunt nouissimi? In ipsa die accesserunt quidam pharisseorum dicentes illi. Exi & vade hinc? quia herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite & dicite vulpi illi. Ecce eicio demonia? & sanitates perfico hodie & cras? & sequenti die consummor? quia non capit prophetam perire extra vrbem. Hierusalem vrbem que occidis prophetas? & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos? quemadmodum auis nidum suum sub pennis? & noluisti. Ecce relinquetur domus vra deserta. Dico autem vobis quia non videbitis me? donec veniat cum dicetis. Benedictus qui venit In nomine domini

Et factum est cum intraret iesus in domum principis pharisseorum sabbato manducare panem? & ipi obseruabant eum Et ecce homo quidam hydropicus? erat ante illum. Et respondens iesus? dixit ad legis peritos? & pharisseos dicens Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipe vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadit? & non continue extrahet illum die sabbati? Et non poterant respondere adhec illis. Dicebat autem ad inuitatos parabolam. Intendens quomodo primos accubitus eligerent? dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ab aliquo? non discumbas in primo loco. Ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. & veniens is qui te & illum vocauit? dicat tibi? da huic locum. Et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere Sed cum vocatus fueris? vade recumbe in nouissimo loco. vt cum venerit qui te inuitauit? dicat tibi. Amice. Ascende superius. Tunc erit tibi gloria? coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem & ei? qui se inuitauerat. Cum facis prandium aut cenam? noli vocare amicos tuos? Ne forte & ipi te reuocent? & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium? voca pauperes? debiles? claudos? ceros? & beatus eris. Quia non habent retribuere tibi? retribuetur enim tibi? in resurrectione iustorum. Hec quidam audiens dixit illi beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipe dixit ei. Homo quidam fecit cenam magnam? & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis vt venirent? quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit illi. Villam emi? & necesse habeo exire & videre illam rogo te habe me excusatum. Et alius dixit Iugera boum emi quinque? & eo probare illa rogo te habe me excusatum. Et alius dixit Uxorem duxi? & ideo non possum venire. Et rediens seruus? nunciauit hec domino suo. Tunc iratus pat familias? dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis? & pauperes? & debiles? & ceros? & claudos introduc huc Et ait seruus. Domine factum est ut imperasti. Et adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes & compelle intrare? vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt? gustabit cenam meam. Iuant autem turbe multe cum eo? & conuersus dixit adillos. Si quis venit ad me & non odit patrem suum aut matrem? & uxorem & filios? & fratres? & sorores? adhuc autem & animam suam? non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam & venit post me? non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare? non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt? si habet ad perficiendum Ne postea quam posuerit fundamentum & non potuerit perficere? omnes qui vident incipiunt illudere ei dicentes Quia hic homo cepit edificare? & non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem? non sedens prius cogitat? si possit cum decem milibus occurrere ei? qui cum viginti milibus venit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens. rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis? qui non renunciat omnibus que possidet? non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. si autem sal quoque euanuerit? in quo condietur? Neque in terram neque in sterquilinium utile est. sed foras mittetur

Erant autem ei appropinquantes publicani? & peccatores * qui habet aures audiendi audiat

* C. 15.

vt audirent illum. Et murmurabant pharisei & scribe dicentes. Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues? & si perdiderit vnam ex illis. nonne dimittit nonaginta nouem in deserto? & vadit ad illam que perierat? donec inueniat illam Et cum inuenerit eam imponit humeros suos gaudens. Et veniens domum? conuocat amicos & vicinos dicens illis. Congratulamini mihi quia inueni ouem meam que perierat. Dico vob? quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente? quam super nonaginta nouem iustis. qui non indiget penitentia. Aut quis mulier habens drachmas decem? si perdiderit drachmam vnam? nonne accendit lucernam? & everrit domum & querit diligenter donec inueniat. Et cum inuenerit conuocat amicas & vicinas dicens. Congratulamini mihi quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vob. Gaudium erit coram angelis dei? super uno peccatore penitentiam agente. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios? & dixit adolescentior ex illis pat

Pater da mihi portionem substantie: que me contingit. Et diuisit illis substantiam: Et non post multos di es congregatis omnibz adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substã tiam suam: viuendo luxuriose. Et postqm omnia consummallet: facta est fames ualida in regione illa: & ipe cepit egere. Et abijt & adhesit uni ciui regionis illius: & misit illum in villam suam: ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum: de siliqs quas porci manducabant. & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit. Quãti mercenary patris mei habundant panibz: ego aute hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum: & dicam illi. Pater. peccaui in celum & coram te: & iam non sum dignus filius tuus uocari. fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Et surgens: uenit ad patrem suum. Cum aute adhuc longe esset: uidit illum pater suus: & misericordia motus est. Et accurrens cecidit sup collum eius: & osculat' est eum. Dixitq; ei filius. Pater: peccaui in celum & coram te iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit aut pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam & induite illum: & date annulũ in manum eius: & calciamenta in pedes. Et adducite uitulum saginatum & occidite: & manducantes epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat & revixit: perierat & inuentus est: & ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret & approximare domui: audiuit symphoniam & choros. Et uocauit unum de seruis: & interrogauit que hec essent. Ipse aute dixit illi frater tuus uenit: & occidit pater tuus uitulum saginatum: quia salvum il lum recepit. Indignatus est autem: & nolebat introire. Pater ergo illius egressus: cepit rogare illum. At ille re spondens: dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: & nunqm mandatum tuum preterui: & nunqm dedisti mihi hedum: ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic: qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit: occidisti illi uitulum saginatum. At ipe dixit illi fili tu semp mecum es: & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat & revixit. Perierat & inuentus est. xvij

Dicebat aũt & ad discipulos suos. Homo quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum: quasi dissipasset bona ipius. Et uocauit illum: & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue: iam enim non poteris villicare. Ait aute villicus intra se. Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam: ut cum amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suos. Convocatis itaq; singul' debitoribz domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq; illi atque cautionem tuam: & sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu uero quantum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis. quia prudenter fecisset. Quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico. facite uobis amicos de mamona iniquitatis. ut cum defeceritis: recipiant uos eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo: & in maiore fidelis est. Et qui in modico iniquus est & in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis: quod verum est quis credet uobis. Et si alieno fideles non fuistis: quod uestrum est quis dabit uobis. Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet: & alterum diliget. Aut uni adhe rebit: & alterum contemnet. Non potestis deo seruire: & mamone. Audiebant hec omnia autem pharisei: qui erant auari: & deridebant illum. Et ait illis. vos estis qui iustificatis uos coram hominibz. deus aute nouit corda uestra. Quia quod hominibz altum est abhominatio est ante deum. Lex & prophete usq; ad iohannem. Ex eo regnum dei euangelizatur: & omnis multus vim facit. facilius est autem celum & terram preterire quam de legi unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam & ducit alteram mechatur: Et qui dimissam a uiro du cit: mechatur. Homo quidam erat diues & induebatur purpura: & bysso: & epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuam eius ulceribz plenus: cupiens saturari de micis que cadebãt de mensa diuitis. & nemo illi dabat. & canes uenientes: lingebant ulcera eius. factum est aute ut moreretur mendicus: & portaretur ab angelis in sinum abrahe. Mortuus est autem & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos: cum esset in tormentis: uidit abraham a longe: & lazarum in sinu eius: & ipe clamans dixit. Pater abraham miserere mei: & mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham fili: recordare quia recepisti bona in uita tua: & la zarus similiter mala. Nunc aute hic consolatur: tu uero cruciaris. Et in hijs omnibz inter nos & uos chaos magnum firmatum est ut hi qui uolunt hinc transire ad nos non possint: nec inde huc transmeare. Et ait Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinq; fratres: ut testetur illis: ne & ipi ue niant in locum hunc tormentorum. Et ait illi abraham. Habent moysen & prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait aute illi. Si moysen & prophetas non audiunt: nec si quis ex mortuis resurrexerit credent. xvij

Et ad discipulos suos ait. Impossibile est ut non ueniant scandala. Ve autem illi per quem uenunt utilius est illi: si lapis molaris imponatur circa collum eius: & p[ro]iciatur in mare: quam ut scan dalizet unum de pusillis istis. Attendite uobis. Si peccauerit frater tuus: increpa illum. Et si penite tiam egerit: dimitte illi. & si septies in die: peccauerit in te. & septies in die: conuersus fuerit ad te dicens: pen tet me dimitte illi. Et dixerunt apli domino. Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus. Si habueritis fidem sicut granum sinapis: dicetis huic arbori moro eraditare & transplantare in mare: & obediet uobis. Quis autem

Ev. scdm Luzan.

nestrum habens seruum arantem · aut pascentem ? qui regresso de agro · dicet illi statim transi recumbe ? & non dicet ei · para quod cenem & precinge te & ministra mihi · donec manducem & bibam ? & post hec manducabis & bibes · Numquid gratiam habet sermo illi ? quia fecit que sibi imperauerat ? Non puto · Sic & uos cum feceritis omnia que precepta sunt uobis ? dicite · Serui inutiles sumus ? quod debuimus facere fecimus · Et factum est dum iret in hierl'm ? transibat p medium samarie & galilee · Et cum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt ei decem uiri leprosi · Qui steterunt a longe ? & leuauerunt uocem dicentes · Ihu preceptor ? miserere nostri · Quos ut uidit dixit · Ite ? ostendite uos sacerdotibus · Et factum est dum irent ? mundati sunt · unus autem ex illis ut uidit quia mundatus est ? regressus est cum magna uoce ? magnificans deum · Et cecidit in faciem ? ante pedes eius ? gratias agens · Et hic erat samaritanus · Respondens autem dixit · Nonne decem mundati sunt ? & ubi nouem ubi sunt ? Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo · nisi hic alienigena · Et ait illi · Surge uade · Quia fides tua te saluum fecit · Interrogatus a pharisеis quando uenit regnum dei · Respondit eis & dixit · Non uenit regnum dei cum obseruatione ? nec dicent · Ecce hic aut ecce illic · Ecce enim regnum dei intra nos est · Et ait ad discipulos suos · Venient dies quando desiderabitis uidere unum diem filij hominis ? & non uidebitis · Et dicent uobis · Ecce hic aut ecce illic · Nolite ire ? nec sectemini · Nam sicut fulgur coruscans de subcelo in ea que sub celo sunt fulget ? ita erit filius hominis in die sua · Oportet autem illum multa pati & reprobari a generatione hac · Et sicut factum est in diebus noe ? ita erit & in diebus filij hominis · Edebant & bibebant ? uxores ducebant ? & dabantur ad nuptias · usque in diem qua intrauit noe in archam ? & uenit diluuium & perdidit omnes · Similiter sicut factum est in diebus loth · Edebant & bibebat · emebant & uendebant · plantabant edificabant · Qua die autem exiit loth de sodomis ? pluit ignem & sulfur de celo · & omnes perdidit · Secundum hec erit qua die filius hominis reuelabitur · In illa hora qui fuerit in tecto & uasa eius in domo ? ne descendat tollere illa · Et qui in agro similiter non redeat retro · Memores estote uxoris loth · Quicunque quesierit animam suam saluam facere perdet illam · Et quicunque perdiderit illam uiuificabit eam · Dico uobis · In illa nocte erunt duo in lecto uno ? unus assumetur ? & alter relinquetur · Due erunt molentes in unum ? una assumetur ? alter relinquetur · Duo in agro unus assumetur ? & alter relinquetur · Respondentes dicunt illi · ubi Domine ? Qui dixit eis ubi cunque fuerit corpus illuc congregabuntur & aquile · Dicebat autem & parabolam ad illos Ihesus

* C. 18.

Oportet semper orare ? & non deficere dicens · Iudex quidam erat in quadam ciuitate ? qui deum non timebat & hominem non reuerebatur · Vidua autem quedam erat in ciuitate illa ? & ueniebat ad eum dicens · Vindica me de aduersario meo ? Et nolebat per multum tempus · Post hec autem ? dixit intra se · Etsi deum non timeo ? nec hominem reuereor ? tamen quia molesta est michi hec uidua ? uindicabo illam ne in nouissimo ueniens sugillet me · Ait autem dns · Audite quid iudex iniquitatis dicit · Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte ? & patientiam habebit in illis · Dico uobis ? quia cito faciet uindictam illorum · Verumtamen filius hominis ueniens ? putas inueniet fidem in terra · Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant iusti tamquam ? & aspernabantur ceteros ? parabolam istam · Duo homines ascenderunt in templum ? ut orarent ? unus pharisеus ? & alter publicanus · Pharisеus stans hec apud se orabat · Deus · Gratias ago tibi ? quia non sum sicut ceteri hominum · raptores ? iniusti ? adulteri uelut etiam hic publicanus · Ieiuno bis in sabbato ? decimas do omnium que possideo · Et publicanus a longe stans ? nolebat nec oculos ad celum leuare · sed percutiebat pectus suum dicens · Deus propitius esto michi peccatori · Dico uobis ? descendit hic iustificatus in domum suam ab illo · Quia omnis qui se exaltat humiliabitur ? et qui se humiliat ? exaltabitur · Offerebant autem illi & infantes ut eos tangeret · Quod cum uiderent discipuli increpabant illos · Ihs autem conuocans illos ? dixit ? Sinite pueros uenire ad me & nolite eos uetare · Talium est enim regnum dei · Amen dico uobis ? quicunque non acceperit regnum dei sicut puer non intrabit in illud · Et interrogauit eum quidam princeps ? dicens · Magister bone ? quid faciens ? ut uitam eternam possidebo · Dixit autem ei ihs · Quid me dicis bonum ? Nemo bonus nisi solus deus · Mandata nosti ? Non occides ? non mechaberis ? non furtum facies ? non falsum testimonium dices ? Honora patrem tuum & matrem · Qui ait · Hec omnia custodiui ? a iuuentute mea · Quo audito ihs ? ait · Adhuc unum tibi deest · Omnia quecunque habes uende ? & da pauperibus ? & habebis thesaurum in celo & ueni sequere me · Quo ille auditis ? contristatus est ualde quia diues erat ualde · Videns autem illum tristem factum ? dixit · Quam difficile ? qui pecunias habent in regnum dei intrabunt · Facilius est enim camelum per foramen acus transire ? quam diuitem intrare in regnum dei · Et dixerunt qui audiebant · Et quis potest saluus fieri ? Ait illis · Que impossibilia sunt apud homines ? possibilia sunt apud deum · Ait autem et Petrus · Ecce nos dimisimus omnia ? & secuti sumus te · Qui dixit eis · Amen dico uobis ? nemo est qui reliquit domum aut parentes ? aut fres ? aut uxorem ? aut filios ? propter regnum dei ? & non recipiat multo plura in hoc tempore & in seculo futuro uitam eternam · Assumpsit ihs duodecim ? & ait illis · Ecce ascendimus hierosolimam ? & consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis · Tradetur enim gentibus & illudetur ? & flagellabitur · & conspuetur · Et postquam flagellauerint occident eum · & die tertia resurget · Et ipi horum intellexerunt nichil ? & erat

uerbum istud abscondituꝫ abeꝰ ⁊ non intellegebant que dicebantur. Factum est autem cum appro
pinquaret ihericho: cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam pretenteꝫ:
interrogabat quid hec eet: Dixerunt autē ei: quod ihus nazarenus transiret. ⁊ clamauit dicens ihu
fili dauid miserere mei: ⁊ qui precedebant increpabant eum ut taceret. ipe uero multo magis clamabat: fi
li dauid miserere mei. Stans autē ihs iussit illū adduci ad se. Et cum approximasset: interrogauit
illum dicēs. Quid tibi uis faciā? At ille dixit. dñe ut uideā. Et ihus dixit illi. Respice: fides tua te sal
uum fecit. Et confestim uidit: ⁊ sequebatur illum: magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit: dedit lau
dem deo
Et egressus perambulabat ihericho. Et ecce uir nomine zacheus
⁊ hic erat princeps publicanoꝝ: ⁊ ipe diues. Et querebat videre ihm quis eet: ⁊ non poterat p turba
quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendens arborem sicomorū ut uideret ut uideret illum: qua
inde erat transiturus. Et cum uenisset ad locum suspiciens ihs uidit illum: ⁊ dixit ad illum. Zachee festinans
descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: ⁊ suscepit illum gaudens. Et cum vi
derent omnes: murmurabant dicentes: quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zache: dixit
ad ihm. Ecce dimidium bonoꝝ meoꝝ domine: do pauperibꝰ: ⁊ siquid aliquem defraudaui: reddo quadru
plum. Ait ihs ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod ⁊ ipe filius sit abrahe. uenit enim fi
lius hominis querere ⁊ saluum facere: quod perierat. Hec illis audientibꝰ: adiciens dixit parabolam hanc
eo quod eet prope hierusalem. Et quia extimarent quod confestim regnum dei manifestaretur: dixit ergo
Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam: accipere sibi regnum ⁊ reuerti. vocatis autem decem ser
uis suis: dedit illis decem mnas. Et dixit ad illos. Negotiamini dum uenio. Cives autē eius odiebant illum: ⁊
miserunt post illum legentes. Nolumus hunc regnare sup nos. Et factum est redijt accepto regno: ⁊ iussit
uocari seruos quibꝰ dedit pecuniam: ut sciret quantum quisq negotiatus eet. venit autem primus dicens.
Domine: mina tua: decem minas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone quia in modico fidelis fuisti: eris po
testatem habens sup decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine. Ecce mina tua quam habui: repositam in sudario. Timui enim te
quia homo austerus es: tollis quod non posuisti: ⁊ metis quod non seminasti. Dicit ei de ore tuo te iudico serue ne
quam. Sciebas quod ego austeris homo sum: tollēs quod nō posui: ⁊ metens quod non seminaui. Et quare
non dedisti pecuniam meam ad mensam? Et ego ueniens cum usuris utiq exegissem illud. Et astantibꝰ dixit
Auferte abillo mnā. ⁊ date illi qui decem minas habet. Et dixerunt. Domine. habet decem minas. Dico autem
vobis: quia omni habenti dabitur. ab eo autē qui non habet: ⁊ quod habet auferetur ab eo. Verumtamen in
imicos meos qui noluerunt me regnare sup se. adducite huc ⁊ interficite ante me. Et his dictis precedebat as
cendens hierosolimā. Et factum est cum appropinquasset bethphage ad bethaniam ad montem qui vocatur
oliueti misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellum quod contra vos est. in quod intrantes: invenietis
pullum asine alligatum cui nemo unquam hominum sedit. Soluite illum: ⁊ adducite. Et si quis vos interro
uerit quare solutis sic dicetis ei. Quia dominꝰ: operam eius desiderat. Abierunt autem qui missi erant: ⁊ in
uenerunt sicut dixit illis: ⁊ stantem pullum. Solventibꝰ autē illis pullum. Dixerunt domini ei? ad illos. Cur
solutis pullum? At illi dixerunt. Quia dominꝰ eum necessarium habz. Et duxerunt illum ad ihm. Et imte
autem illo: substernebant vestimenta sua in uia. Et cum iam approximaret ad descensū montis oliueti:
ceperunt omnes turbe discipulorum gaudentes laudare deum voce magna sup omnibꝰ quas uiderant vir
tutibꝰ dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine domini: pax in celo: ⁊ gloria in excelsis. Et quidam pha
risei de turbis: dixerunt ad illum. Magister increpa discipulos tuos. Quibꝰ ipe ait. Dico vob. Quia si tacuerint
hi: lapides clamabunt. Et ut approximauit videns ciuitatē: flenit sup illam dicens. Quia si cognouisses
⁊ tu: ⁊ quidem in hac die tua que ad pacem tibi: nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient die
bus in te ⁊ circumdabunt te inimici tui vallo. Et circumdabunt te: ⁊ coangustabunt te undiq. Et ad terram pro
sternent te: ⁊ filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem: sup lapidem: eo quod non cognouis
tempus visitationis tue. Et ingressus in templum cepit eos ejicere dicens illis. Scriptū
est enim: quia domus mea domus orationis est. vos autē fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens
quotidie in templo. Principes autē sacerdotum ⁊ scribe. ⁊ primates plebis: querebant illum perdere. Et no
uenichabant quid facerent illi. Omnis enim populꝰ suspensus erat audiens illum
Et factum in una dieꝝ est docente illo populum in templo: ⁊ evangelizante: conuenerunt prin
cipes sacerdotum ⁊ scribe cum senioribꝰ: ⁊ dixerunt dicentes ad illum. Dic nob in qua potestate hec
facis? Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem: dixit ad illos. Interro
gabo uos ⁊ ego vnum verbum: respondete mihi. Baptismus iohannis de celo erat: an ex hominibꝰ?
At illi cogitabant inter se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet: quare ergo nō credidistis illi? Si
dixerimus ab hominibꝰ: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim iohannem prophetam esse.
Et respondерunt se nescire: unde eet. Et ihus ait illis. Neq ego dico vobis: in qua potestate hec facio
Cepit autem dicere ad plebem: parabolam hanc. Homo quidam plantauit vineam: ⁊ locauit eam colonis

quidam

Ev. sdm Lucam.

⁊ ipe pegre fiut multis temporibus. Et mtempore misit adultores seruum: ut de fructu vinee darent illi. Qui
cesim dimiserunt eum manem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunt quoq; cedentes et affice
tes contumelia: dimiserunt manem. Et addidit tertium mittere: qui ⁊ illum vulnerantes eiecerunt. Dicit aut
dominus vinee quid faciam? Mittam filium meum dilectum: forsitan cum hunc uiderint: uerebuntur. Quem
tum uidissent colonj: cogitauerunt inter se dicentes. Hic est heres: occidamus illum: ut nostra fiat hereditas.
Et eiectum illum extra vineam: occiderunt. Quid ergo faciet illi dominus vinee? veniet ⁊ perdet colonos istos
⁊ dabit vineam alijs. Quo audito dixerunt illis. absit. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod
scriptum est? Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit sup
illum lapidem: conquassabitur. Super quem autem ceciderit: comminuet illum. Et querebant principes
sacerdotum ⁊ scribe: mittere manus illa hora: ⁊ timuerunt populum. Cognouerunt enim: quod
ad ipos dixerit similitudinem istam. Et obseruantes miserunt insidiantes qui se iustos simularent: ut ca
perent eum in sermone. ⁊ traderent illum principatui ⁊ potestati p̄sidis. Et interrogauerunt illū di
centes. Magister scimus quia recte dicis ⁊ doces: ⁊ non accipis personam: sed in ueritate uiam dei docs hic
nobis dare tributum cesari an non? Considerans autem ihus dolum eorum: dixit adillos. Quid me tēp
tatis? ostendite mihi denarium: cuius habet ymaginem: ⁊ inscriptionem? Respondentes dixerut ei
Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo que cesaris sunt cesari. Et que dei sunt deo. Et non potuerunt uerbum ei
reprehendere: coram plebe. Et mirati in responsis eius: tacuerunt. Accesserunt autem quidam saduceor
qui negant de resurrectionem. ⁊ interrogauerunt eum: dicentes. Magister: moyses scripsit nobis. Si frat
alicuius mortuus fuerit habens uxorem: ⁊ hic sine filijs fuerit: ut accipiat eam frater eius uxorem: ⁊ suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant. Et primus accepit uxorem: ⁊ mortuus est sine filijs. Et secūs
accepit illam: ⁊ ipe mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam similiter. ⁊ omnes septem. Et non reliq
querunt semen: ⁊ mortui sunt. Nouissima omnium: mortua est ⁊ mulier. In resurrectione ergo: cuius eorum
erit uxor? Septem enim habuerunt eam uxorem. Et ait illis ihus. Filij seculi huius nubunt: ⁊ tradū
tur ad nupcias. Illi uero qui digni habebuntur seculo illo ⁊ resurrectione ex mortuis: neq; nubent: neq; du
cent uxores: neq; enim ultra mori poterunt. Equales enim angelis sunt. ⁊ filij sunt dei: cum sint filij re
surrectionis. Quia uero resurgunt mortui: ⁊ moyses ostendit secus rubum: sicut dicit. Dominum abraham
⁊ deum ysaac: ⁊ deum iacob. Deus autem non est mortuorum: sed uiuorum. Omnes enim uiuunt ei
Respondentes autem quidam scribarum: dixerunt. Magister bene dixisti. Et amplius non audebant eum:
quicquam interrogare. Dicit autem adillos. Et quomodo dicunt xpm filium dauid esse? Et ipe dauid in libro dic
psalmorum. Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tu
orum. Dauid ergo deum illum uocat: ⁊ quomodo filius eius est. Audiente aut omni populo: dixit discī
pulis suis. Attendite a scribis qui uolunt ambulare in stolis: ⁊ amant salutationes in foro: ⁊ primas ca
theras in synagogis ⁊ primos discubitus in conuiuijs qui deuorant domos uiduarum similantes longa
orationem: ⁊ hi accipient dāpnationem maiorem. cap. C

Et respiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophilaciū diuites. uidit autem et
quandam uiduam pauperculam mittentem es minuta duo ⁊ dixit. vere dico uob. Quia uidua hec
pauper: plus quam omnes misit. Nam oēs hi ex habundanti sibi miserunt in munera dei. hec aut
ex eo quod est illi: omnem uictum quem habuit misit. Et quibusdam dicentibus de templo: quod lapidibus bonis ⁊ donis
ornatum est dixit. Hec que uidetis: uenient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem: qui non destruatur.
Interrogauerunt autem illum: dicentes. Preceptor: quando hec erunt: ⁊ quod signum cū fieri incipient? Qui
dixit. uidete: ne seducamini. Multi enim uenient in nomine meo dicentes: quia ego sum: ⁊ tempus appropin
quauit. Nolite ire post eos. Cum autem audieritis prelia ⁊ seditiones: nolite terreri. Oportet primum
hec fieri: sed non dum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem: ⁊ regnum aduersus
regnum: ⁊ terre motus magni erunt per loca: ⁊ pestilentie ⁊ fames. terroresq; de celo: ⁊ signa magna erūt
Sed ante hec omnia: mittent in uob manus suas ⁊ persequentur: tradentes in synagogis ⁊ custodias trahē
tes ad reges ⁊ presides. propter nomen meum. Continget autem uob in testimonium. Ponite ergo in cordibz
uris non premeditari quem admodū respondeatis. Ego enim dabo uobis os ⁊ sapientiam: cui non poterūt
resistere omnes aduersarij uri. Trademini autem a parentibz: ⁊ fratribz: ⁊ cognatis: ⁊ amicis: ⁊ morte affi
cient ex uob. Et eritis odio omnibz: p nomen meum. Et capillus de capite uestro: non peribit. In patientia
uestra: possidebitis animas uestras. Cum autem uideritis circumdari ab exercitu hierl: tunc scitote: quia appropin
quabit desolatio eius. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes: ⁊ qui in medio eius discedant. Et qui in regio
nibus: non intrent eam. Quia dies ultionis hi sunt: ut impleantur omnia que scripta sunt. ve autem prēg
nantibus: ⁊ nutrientibz in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram: ⁊ ira populo huic. Et cadent in
ore gladij: ⁊ captiui ducentur omnes gentes. Et hierl calcabitur a gentibus: donec impleantur tempora nationū
Et erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pressura gentium: pre confusione sonitus maris ⁊ fluctuū
Arescentibz hominibz pre timore ⁊ expectatione: que superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes celorū mo

uchuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube: cum potestate magna: & maiestate. His aut fieri incipientibus: respicite & leuate capita uestra: quoniam appropinquat redemptio ura. Et dixit illis similitudinem: uidete ficulneam & omnes arbores. cum producunt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est estas. Ita & uos cum uideritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico uobis: quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum & terra transibunt: uerba autem mea non transibunt. Attendite autem uobis: ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate: & curis huius uite: & superueniat in uos dies illa tanquam laqueus. Tanquam enim superueniet omnibus: qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaq; omni tempore orantes: ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt: & stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo noctibus uero exiens morabatur in monte: qui uocatur oliueti. Et omnis populus mane ibat ad eum in templo audire eum. Appropinquabat autem dies festus azimorum: qui dicitur pasca. Et querebant principes sacerdotum & scribe quomodo eum interficerent: timebant uero plebem. Intrauit autem sathanas in iudam: qui cognominabatur scarioth: unum de duodecim. Et abiit: & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus: quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare: & spopondit. Et querebat opportunitatem ut traderet illum sine turba. Venit autem dies azimorum: in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum & iohannem: dicens. Euntes parate nobis pascha: ut manducemus. At illi dixerunt. ubi uis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem: occurret uobis homo amphoram aque portans: sequimini eum in domum in quam intrat: & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister: ubi est diuersorium: ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse uobis ostendet cenaculum magnum stratum: & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt pascha. Et cum facta est hora discubuit: & duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum antequam patiar. Dico enim uobis. Quia exinde non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit & dixit. Accipite & diuidite inter uos. Dico enim uobis: quod non bibam de generatione uitis: donec regnum dei ueniat. Et accepto pane: gratias egit & fregit: & dedit eis dicens. Hoc est corpus meum quod pro uobis datur hoc facite in meam commemorationem. Simili & calicem postquam cenauit dicens. Hic est calix: nouum testamentum in sanguine meo: qui pro uobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me: mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod diffinitum est uadit. Verumtamen ue illi homini: per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se. quis est ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos: quis uidetur eorum esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum. qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in uobis. fiat sicut minor. Et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit: an qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego autem in medio uestrum sum: sicut qui ministrat. Vos autem estis: qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono uobis: sicut disposuit mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et sedeatis super thronos: iudicantes duodecim tribus israel. Dixit autem dominus. Symon symon ecce sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecum sum paratus: & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me. Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo & pera & calciamentis: numquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum: tollat similiter & peram. Et qui non habet: uendat tunicam suam: & emat gladium. Dico enim uobis. Quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim que sunt de me finem habent. At illi dixerunt. Domine: ecce gladii duo hic. At ille dixit eis. Satis est. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum: secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum: dixit illis. Orate: ne intretis in temptationem. Et ipse auulsus est ab eis: quantum iactus est lapidis: & positis genibus orabat dicens. Pater si uis transfer calicem istum a me. uerumtamen non mea uoluntas: sed tua fiat. Apparuit autem illi de celo angelus: confortans eum: & factus est in agonia: prolixius orabat. Et factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione: & uenisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristitia. Et ait illis. Quid dormitis? Surgite: orate: ne intretis in temptationem. Adhuc eo loquente ecce turba & qui uocabatur iudas unus de duodecim ante ibat eos. Et appropinquauit iesu: ut oscularetur eum. Iesus autem: dixit illi. Iuda: osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant. quod futurum erat: dixerunt ei. Domine: si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum: & amputauit auriculam eius dextram. Respondens autem iesus ait. Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam eius: sanauit eum. Dixit autem iesus ad eos. qui uenerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus. Cum quotidie uobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me. Sed hec est hora uestra: & potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum: duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus uero: sequebatur alonge. Accenso autem igne in medio atrio: & circumsedentibus illis: erat petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quedam sedentem ad lumen & eum fuisset intuita: dixit.

Ev. sdm Luam.

Et hic cum illo erat. Ille autem negauit eum dicens. Mulier: non noui illum. Et post pusillum alius uidens eum dicens: Et tu ex illis es. Petrus uero ait. O homo: non sum. Et intermallo facto quasi hore unus. alius quidam affirmabat dicens. vere: et hic cum illo erat: nam et galileus est. Et ait petrus homo: nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente: cantauit gallus. Et conuersus dns respexit petrum. Et recordatus est petrus uerbi dnī sicut dixerat prius qm̄ gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras petrus. flenit amare. Et uiri qui tenebant illum: illudebant eum cedentes. Et uelauerunt eum: et percutiebant faciem eius: et interrogabant eum dicentes. Prophetiza: quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes: dicebant in eum. Et ut factus est dies. conuenerunt seniores plebis: et principes sacerdotum et scribe: et duxerunt illum in concilium suum. dicentes. Si tu es xps̄us: dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixero non credetis mihi: Si autem et interrogauero: non respondebitis mihi: neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis: sedens a dextris uirtutis dei. Dixerunt autem. vos dicitis: quia ego sum. Et illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? ipi enim audiuimus de ore eius xpcm.

Et surgens omnis multitudo eor̄: duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt illum autem accusare dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentē nr̄am: et prohibentem tributa dari cesari: et dicentē se xp̄m regem ēē. Pilatus autem interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum? Et ille respondens ait. Tu dicis. Et ait autem pilatus ad principes sacerdotum: et turbas. Nichil inuenio cause in hoc homine. Et illi inualescebant dicentes. Commouet populum: docens per uniuersam iudeam incipiens a galilea: usq; huc. Pilatus audiens autem galileam: interrogauit si homo galileus ēet. Et cognouit quod de herodis potestate ēet: remisit eum ad herodem. Qui et ipe hierosolimis erat: illis diebus. Herodes autē uiso ihu: gauisus ē ualde. Erat enī ex multo tempore: cupiens uidere eum: eo quod audiret multa de illo: et sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri interrogabat autem illum multis sermonibus. Et ipe nichil respondebat. Stabant autem principes sacerdotum et scribe: constanter accusantes eum. Spernit autem illum herodes. cum exercitu suo: et illusit indutum uestē alba: et remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes. et pylatus in ipa die. Nam ante erant ad inuicem. Pilatus conuocatis autem principibus sacerdotum et magistratib; et plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominē quasi auertentem populum: et ecce ego coram uob interrogans: nullam causam inueni in homine isto: ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; herodes. Nam remisi uos ad illum: et ecce nichil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis: p diem festum unum. Exclamauit autē simul uniuersa turba dicens. Tolle hunc et dimitte nob barrabam. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate: et homicidium: missus in carcerem. Iterum autem pilatus locutus ē ad illos uolens dimittere ihm. At illi subclamabant dicentes. Crucifige: crucifige illum. Ille autem tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inueni in eo. Corripiam illum: et dimittam: At illi instabant uocib; magnis. postulantes ut crucifigeretur: et inualescebant uoces eorum. Et pylatus: adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant. Ihm uero: tradidit uoluntati eorum. Et cum ducerent eum adprehendere simonem quendam cirenensem: uenientem de uilla: et imposuerunt illi crucem portare post ihm. Sequebatur autem illum multa turba turba populi: et mulierū que plangebant et lamentabantur eum. Conuersus at ad illas ihs: dixit filie nolite flere super me: sed super uos ipas flete: et super filios uros. Quoniam ecce uenient dies: in quibus dicent. Beate steriles: et uentres que non genuerunt: et ubera que non lactauerunt. Tunc incipiūt dicere montib; cadite super nos: et collibus operite nos. Quia si in uirido ligno hec faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autem et alii duo nequā cum eo: ut interficerentur. Et postqm̄ uenerunt in locum qui dicitur caluarie: ibi crucifixerunt eum. Et latrones unum a dextris: et alterum a sinistris. Ihs autē dicebat. Pater: dimitte illis non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes uero uestimenta eius: miserunt sortes: et stabat populus expectans: et derridebant eum principes eum eis: dicentes. Alios saluos fecit: se saluum faciat: si hic est dei electus. Illudebant autem ei: milites et accedentes. et acetum offerentes illi dicentes. Si tu es rex iudeorū. saluum te fac. Erat autem et sup scriptio inscripta sup illum. litteris grecis et latinis: et hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus autē de latronibus qui pendebant latrombs. blasphemabat eum dicens. Si tu es xp̄us: saluum fac temetipm̄ et nos. respondens autem alter: increpabat illum dicens. Neq; tu times deum: quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus. Hic uero: nichil mali gessit. Et dicebat ad ihm. Domine: memento mei: dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi ihs. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta: et tenebre facte sunt in uniuersa terra: usq; in horam nonam. et obscuratus est sol. Et uelum templi scissum est medium. Et clamans uoce magna ihs ait. Pater: in manus tuas cōmendo spm̄ meum. Et hoc dicens exspirauit. Videns autem centurio quod factum fuerat: glorificabat deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba que simul aderant ad spectaculum istud: et uidebant que fiebant: percutiē tes pectora sua: reuertebantur. Stabant aut omnes noti eius a longe: et mulieres que secute erant eum: a galilea hec uidentes. Et ecce uir nomine ioseph erat qui decurio uir bon⁹ et iustus. Hic non consenserat actibus eorum: ab arimathia ciuitate iudee. qui exspectabat et ipe regnum dei. Hic accessit ad pilatum: et petijt corp⁹

ihu. Et depositum: inuolnit sydone: & posuit eum in monumento exciso: in quo non dum quisquã positus fuerat
Et dies erat parasceue: & sabbatum illucescebat. Subsecute autem mulieres que cum uenerant de galilea
uiderunt monumentum: & quemadmodum erat corpus positum eius. Et reuertentes parauerunt aroma
ta: & unguenta. Et sabbato quidem siluerunt: secundum mandatum xxcuij
Una autem sabbati ualde diluculo: uenerunt ad monumentum: portantes que parauerant aromata
Et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento: & ingresse non inuenerunt corpus ihu. Et factum ẽ
dum mente consternate essẽt de isto: ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti. Cum timerent
autem & declinarent uultum in terram: dixerunt ad illas. Quid queritis uiuentem cum mortuis? Non est
hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est uob: cum adhuc in galilea eet dicens. Quia oportet filiũ
hominis tradi in manus hominum peccatorum: & crucifigi: & die tercia resurgere. Et recordate sunt uerbo
rum eius. Et regresse a monumento: nunciauerunt hec omnia unidecim illis: & ceteris omnibus. Erat autem
maria magdalena: & iohanna: & maria iacobi: & ceteꝫ que cum eis erant que dicebant ad apostolos hec: &
ulsa sunt ante illos. sicud deliramentum uerba ista: & non credebant illis. Petrus autem surgens curr
ad monumentum: & procumbens uidit linteamina sola posita. Et abyt secum mirans: quod factum fue
rat. Et ecce duo ex illis discipulis ihu ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio stadiorum lx. ab hierusalem
nomine emmaus. Et ipsi loquebantur ad inuicem: de his omnibꝫ que acciderant. Et factum est dum fabularentur
& secum quererent: & ipse ihus approximans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur: ne eum agnoscerent
Et ad illos qui sunt hi sermones quos conferis ad inuicem: ambulantes & estis tristes? Et respondens unus cui
nomen cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierl: & non cognouisti que facta sunt his diebus? quibꝫ
ille dixit. Que? & dixerunt. De ihu nazareno: qui fuit propheta uir potens in opere & sermone: coram deo & o
populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in dampnationem mortis: & cru
cifixerunt eum. Nos autem sperabamus: quia ipse est redempturus israhel. Et insuper hec omnia tercia
dies est hodie quod hec facta sunt. Sed & mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad
monumentum: & non inuento corpore eius: uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse: qui dicunt
eum uiuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicud mulieres dixerunt ipsum uero
non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti & tardi corde ad credendum: in omnibꝫ que locuti sunt prophete.
Nonne hec oportuit pati xpm: & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a moyse & omnibus prophetis in
terpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et approximauerunt castello quo ibant: & ipse se fin
gebat longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum quoniam aduesperascit: & inclinata est iam dies
Et intrauit cum illis: & factum est dum recumberet cum illis: accepit panem & benedixit ac fregit por
gebat illis. Et aperti sunt oculi eorum: & cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerũt
ad inuicem: nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia: & aperiret nobis scripturas
Et surgentes eadem hora: regressi sunt in hierl: & inuenerunt congregatos undecim: & eos qui cum ip
sis erant dicentes. Quod surrexit dominus uere: & apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta in
uia. Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Cum hec autem loquuntur: stetit ihus in medio
discipulorum suorum: & dixit eis pax uobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati uero & conterriti: existimabant
se spiritum uidere. Et dixit eis. Quid turbati estis: & cogitationes ascendunt in corda uestra? uidete manꝰ
meas & pedes: quia ego ipse sum. Palpate & uidete: quia spus carnem & ossa non habent: sicud me uidetis hre
Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus pre
gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi: & fauum mell
Et cum manducasset coram ipsis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt uerba que locutꝰ
sum uobis. cum adhuc essem uobiscum. Quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moy
si & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum: ut intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quo
sic scriptum est: & sic oportebat xpm pati: & resurgere a mortuis die tercia: & predicari in nomine eius pen
tenciam: & remissionem peccatorum: in omnes gentes. Incipientibus a hierosolyma. vos autẽ estis testes
horum. Et ego mitto promissum patris mei in uos. vos autem sedete in ciuitate: quo usqꝫ induamini
uirtute exalto. Eduxit autem eos in bethaniam foras: & eleuatis manibꝫ. benedixit eis. Et factum est dum
benediceret illis: recessit ab eis: & ferebatur in celum. Et ipsi adorantes: regressi sunt in hierl: cum gau
dio magno. Et erant semper in templo laudantes: & benedicentes deum Amen

Incipit Evange-
lium secundùm
Joannem. Caput I.
In principio erat Verbũ. etc.

In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum. Et deus e
rat uerbum hoc erat in principio apud deum. Omnia ꝑ ipm facta sũt:
& sine ipo factum est nichil. Quod factum: in ipo uita erat lux homi
num. Et lux in tenebris lucet: & tenebre eam non comprehenderunt
fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic uenit in testi
monium: ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent
per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de hac
erat lux uera: que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mũ
dum. In mundo erat: & mundus ꝑ ipm factus est: & mundus eum non
cognouit. In propria uenit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem
ceperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in
nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neq; ex uoluntate carnis: neq; ex
uoluntate uiri: sed ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum est & habitauit
in nobis. Et uidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti a ꝑre plenũ
gratie & ueritatis Johannes testimonium phibet de ipo: & clamabat dicens. Hic erat quem dixi: qui post me
uenturus: ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: & gratiã pro
gratia. Quia lex ꝑ moysen data est. Gratia & ueritas ꝑ ihm xpm facta est. Deum nemo uidit unquam: unigenitus filius qui est in sinu ꝑris: ipe enar
rauit. Et hoc est testimonium iohannis: quando miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes & leuitas ad eum
ut interrogarent eum tu quis es: Et confessus est & non negauit. Et confessus e: quia non sum ego xpus
Et interrogauerunt eum quid ergo helias es tu: Et dixit non sum. Propheta es tu. Et respondit nõ. Dixerunt
ergo ei. Quis es ut responsum demus his qui miserunt nos: Quid dicis de ipo: Ait. Ego uox clamantis
in deserto: dirigite uiam domini: sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex pharisees. Et in
terrogauerunt eum: & dixerunt ei. Quid ḡ baptizas: si tu non es xpus: neq; propheta: neq; helias: Respõ
dit eis iohannes dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem uestrum stetit quem uos nescitis. Ipe est qui
post me uenturus e: qui ante me factus est. Cui non sum dignus: ut soluam eius corrigiam calciamenti. Hec
in bethania facta sunt trans iordanem: ubi erat iohannes baptizans. Altera die uidit iohannes ihm uenientẽ
ad se: & ait. Ecce agnus dei: qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me uenit uir: qui ante me fc̃s
est: quia prior me erat. Et ego nesciebam eum: sed ut manifestetur israhel propterea ueni ego in aqua
baptizans. Et testimonium perhibuit iohannes dicens: Quia uidi spiritum descendentem quasi columbã
de celo: & mansit super eum. Et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare: ille mihi dixit. Super
quem uideris spm descendentem & manentem sup eum. hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi &
testimonium perhibui: quia hic est filius dei. altera die iterum. Stabat iohannes: & ex discipulis eius duo
Et respiciens ambulantem ihm dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt duo discipuli eius loquentem: & secu
ti sunt ihm. Conuersus autem ihs: & uidens eos sequentes se: dicit eis. Quid queritis. Qui dixerunt ei.
Rabbi: quod interpretatum magister e. ubi habitas: Dicit eis. Uenite & uidete. Uenerunt & uiderunt ubi
maneret: & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat: quasi decima. Erat autem andreas frater
symonis petri: unus ex duobus qui audierant iohannem: & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fra
trem suum symonem: & dicit ei. Inuenimus messiam: quod est interpretatum xpus. Et adduxit eum
ad ihm. Intuitus autem eum ihs dixit. Tu es symon filius iohanna: tu uocaberis cephas: quod interp
tatur petrus. In crastinum uoluit ire in galileam: & inuenit philippum: & dicit ei ihs. Sequere me. Erat
autem philippus: ab ethsayda ciuitate andree & petri. Inuenit philippus nathanahel: & dicit ei. Quem scrip
sit moyses in lege & prophete: inuenimus ihm filium ioseph: a nazareth. Et dixit ei nathanahel a nazareth
potest aliquid boni esse: Dicit ei philippus. ueni & uide. Uidit ihs nathanahel uenientem ad se: & dicit de eo
Ecce uere israhelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanahel. Unde me nosti: Respondit ihs & dixit ei:
Priusquam te philippus uocaret cum esses sub ficu: uidi te. Respondit ei nathanahel: & ait. Rabbi: tu es filius
dei: tu es rex israhel. Respondit ihs: & dixit ei. Quia dixi tibi uidi te sub ficu: credis maius his uidebis. Et
dicit ei. Amen amen dico uobis uidebitis celum apertum: & angelos dei ascendentes & descendentes: sup filiũ hois

Et die tertia nupcie facte sunt in cana galilee: & erat mater ihu ibi. Uocatus est autem & ihs
& discipuli eius ad nupcias. Et deficiente uino: dicit mater ihu ad eum. Uinum non habent: & dicit ei
ihs. Quid mihi & tibi est mulier: Non dum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quod
cumq; dixerit uobis: facite. Erant autem ibi lapidee hydrie sex posite: secundum purificationem iudeorum. Capi
entes singule metretas binas uel ternas. Dicit eis ihs. Implete hydrias aqua: & impleuerunt eas usq; ad
summum. Et dicit eis ihs. haurite nunc: & ferte architriclino. Et tulerunt. ut autem gustauit archi tri
clinus aquam uinum factam: & non sciebat unde est. ministri autem sciebant: qui hauserant aquam.
uocat sponsum architriclinus: & dicit ei. Omnis homo primum bonum uinum ponit: & cum inebriati
fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum uinum usq; adhuc. Hoc fecit initium sig

signorum ihs in cana galilee : + manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius. P
hoc descendit capharnaum ipe + mater eius : + fres eius : + discipuli eius : + ibi manserunt non multis
diebus. Et prope erat pascha iudeorum : + ascendit hierosolimam ihs. Et inuenit in templo uendentes
bones + oues : columbas : + nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis : omes
eiecit de templo. Oues quoq; + bones : + nummulariorum effudit es + mensas subuertit. Et his qui co-
lumbas uendebant dixit. Tollite ista hinc : + nolite facere domum patris mei : domum negotiationis
Recordati uero discipuli eius sunt : quia scriptum est : zelus domus tue : comedit me. Respondentes iu
dei + dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis quia hoc facis : Respondit ihs + dixit eis. Soluite tem
plum hoc + in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta + sex annis edificatum e
templum hoc. Et tu in tribus diebus excitabis illud : Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo re
surrexisset a mortuis : recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture : + sermoni quem
dixit ihs. Cum autem esset hierosolimis in pascha die festo : multi crediderunt in nomine eius : que facie
bat. Ipe autem ihs non credebat semetipm eis : eo quod ipe nosset omnes. + quia opus ei non erat ut quis
testimonium perhiberet : de homine. Ipe enim sciebat quid esset in homine in q

Erat autem homo ex phariseis : nicodemus nomine : princeps iudeorum. Hic uenit ad ihm nocte :
+ dixit ei. Rabbi : scimus quia a deo uenisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis. nisi
fuerit deus cum eo. Respondit ihs + dixit ei. Amen amen dico tibi : nisi quis natus fuerit denuo
non potest uidere regnum dei. Dicit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex :
Numquid potest in uentrem matris sue iterato intrare + nasci : Respondit ihs. Amen dico tibi nisi
quis renatus fuerit ex aqua + spiritu sancto : non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne
caro est : + natum est ex spiritu : spiritus est. Non mireris quia dixi tibi : oportet uos nasci denuo. Spiritus
ubi uult spirat : + uocem eius audis sed nescis unde uenit + quo uadat. Respondit nicodemus + dixit ei. Co
modo possunt hec fieri. Respondit ihs + dixit. Tu es magister in israhel : + hec ignoras : Amen amen dico tibi :
quia quod scimus loquimur + quod uidimus testamur : + testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi
uobis + non creditis : quomodo si dixero uobis celestia credetis : Et nemo ascendit in celum : nisi qui descendit de
celo : filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto : ita exaltari oportet fi
lium hominis. ut omnis qui credit in ipo non pereat : sed habeat uitam eternam. Sic enim dilexit mundu
ut filium suum unigenitum daret. ut omnis qui credit in eum non pereat : sed habeat uitam eternam.
Non enim misit deus filium suum in mundum. ut iudicet mundum : sed ut saluetur mundus per ipm
Qui credit in eum : non iudicatur. Qui autem non credit : iam iudicatus est : quia non credit in nomine
unigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium : quia lux uenit in mundum : + dilexerunt homines magis
tenebras. quam lucem : erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit odit lucem : + no
uenit ad lucem : ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem uenit ad lucem : ut mani
festentur opera eius : quia in deo sunt facta. Post hec uenit ihs. + discipuli eius in iudeam terram. +
illic demorabatur cum eis : + baptizabat. Erat autem + iohannes baptizans in enon iux salim : quia
aque multe erant illic : + ueniebant + baptizabantur. Non dum enim missus fuerat in carcerem iohannes
Facta e ig questio ex discipulis iohannis cum iudeis : de purificatione. Et uenerunt ad iohannem : + dixerut
ei. Rabbi. Qui erat tecum trans iordanem : cui tu testimonium perhibuisti : ecce hic baptizat : + omnes uenium ad
eum. Respondit iohannes : + dixit. Non potest homo quicq; ni fuerit ei datum de celo. Ipi uos michi testimo
nium perhibetis quod dixerim : ego non sum xps : sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam : spo
sus est. Amicus aut sponsi qui stat + audit eum : gaudio gaudet : propter uocem sponsi. Hoc ig gaudium
meum : impletum est. Illum oportet crescere : me autem minui. Qui de terra est : de terra loquitur. Qui de celo
uenit : super omnes e. Et quod uidit + audiuit : hoc testatur : + testimonium eius nemo accipit. Qui eius
testimonium accipit : signauit quia deus uerax e. Quem enim deus uerba dei loquitur : non enim ad mensura
dat deus spiritum. pater diligit filium : + omnia dedit in manus eius. Qui credit in filium : habet uitam eter
Qui autem incredulus est filio : non uidebit uitam : sed ira dei manet super eum in q

Vt ig cognouit ihs quia audierunt pharisei quia ihs plures discipulos facit + baptizat qui
iohannes quamquam non baptizaret. sed discipuli eius. Reliquit iudeam : + abiit iterum in galile
am. Oportebat autem eum transire : per samariam. Venit ergo in ciuitatem samarie : que dica
tur sichem iux predium quod dedit iacob ioseph filio suo : erat aute ibi : fons iacob. Ihs ergo fatigatus ex itu
nere : sedebat sic sup fontem : hora erat : quasi sexta. Venit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei ihs.
Da michi bibere : discipuli enim eius abierant in ciuitatem : ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier samaritana
illa. Quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poscis. que sum mulier samaritana. Non enim coutuntur iudei
samaritanis. Respondit ihs + dixit ei. Si scires donum dei : + quis est qui dicit tibi da michi bibere : tu fo
sitan petisses ab eo : + dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier. Domine neq; in quo haurias habes +
puteus altus est. unde ergo habes aquam uiuam : Numquid tu maior es patre nostro iacob : qui dedit nob

puteum: & ipe exco bibit & filij eius: & pecora eius. Respondit ihus & dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet meternum Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier. Domine mihi da hanc aquam ut non sitiam neq; veniam het hauire. Dicit ei ihus. vade: voca virum tuum & veni huc. Respondit mulier & dixit: non habeo virum. Dicit ei ihus. Bene dixisti qua non habeo virum: quinq; enim viros habuisti: & nunc quem hes non est tuus vir hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia hierosolimis est locus: ubi oportet adorare. Dicit ei ihus Mulier: crede mihi quia venit hora: quando neq; in monte hoc: neq; in hierosolimis adorabitis patrem. vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus. quia salus ex iudeis est. Sed venit hora & nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem: in spiritu & veritate. Nam & pr tales querit: qui adorant eum. Spūs est de⁹ & qui eos adorant: in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit qui dicitur xpūs Cum ergo venerit ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei ihus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit quid queris: aut quid loqueris cum illa. Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abijt in ciuitatem: & dicit illis hominibus. Venite & videte hominem: qui dixit mihi omnia quecunq; feci. Numquid ipe est xpūs. Exierunt de ciuitate: & venebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli eius dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem vos nescitis Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Numquid aliquis attulit ei ad manducandum? Dicit eis ihus Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nōne vos dicitis quod adhuc quatuor menses & messis venit. Ecce dico vob⁹ levate oculos vros & videte regiones: q̄ albe sunt iam ad messem. Qui metit mercedem accipit: & congregat fructum in vitam eternam. ut qui seminat: simul gaudeat & qui metit. In hoc est verbum verum. Quia alius est qui seminat & alius est qui metit Ego misi vos metere: quod vos non laborastis. Alij laborauerunt: & vos in labores eorum introistis. Ex illa autem illa: multi crediderunt in eum samaritanorum: propter verbum mulieris: testimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia quecunq; feci. Cum venissent ergo samaritani ad illum: rogauerunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies: & multo plures crediderunt: propter sermones eius: & mulieri dicebat. Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipi enim audiuimus & scimus quia hic est vere salvator mundi. Post duos autem dies exijt inde: & abijt in galileam. Ipe enim ihc testimonium perhibuit: quia propheta in sua patria: honorem non habet. Cum ergo venisset in galileam: exceperunt eum galilei. Cum viderent quecunq; fecerat in die festo hierosolimis & ipi venerant in diem festum. venit i⁹ iterum in cana galilee ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus: cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia ihus aduenisset a iudea in galileam abijt ad eum & rogabat eum: ut descenderet: & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ad eum ihus. Nisi signa & prodigia videritis: non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine: descende priusq; moriatur filius meus. Dicit ei ihus. vade: filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei ihus: & ibat. Iam autem eo descendente: servi occurrerunt ei & nunciauerunt dicentes: quia filius eius viveret. Interrogabat autē horam abeis: in qua melius habuerit & dixerunt ei. Quia heri hora septima: reliquit eum febris. Cognouit ergo pr: quia illa hora erat in qua dixit ei ihc filius tuus vivit: & credidit ipe: & domus eius tota.

Hoc iterum secundum signum fecit: cum venisset iudea in galileam. Post hec erat dies festus iudeor⁹ * C. 5.
& ascendit ihus hierosolimam. Est autem hierosolimis probatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida: quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium: cecorum: claudorum: aridorum: expectantium aque motum. Angel⁹ autem domini secundum tempus descendebat in piscinam: post motionem aque: sanus fiebat quicunq; infirmitate detinebatur. Erat autem quidam homo ibi: triginta & octo annos habens in infirmitate sua. hunc cum vidisset ihus iacentem: & cognouisset quia multum iam tempus haberet: dicit ei. vis sanus fieri? Respondit ei languidus Domine: hominem non habeo: ut cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinam. Dum venio enim ego alius ante me descendit. Dicit ei ihus. Surge: tolle grabatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo: & sustulit grabatum suum & ambulabat. Erat aut sabbatum in illo die. Dicebant ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis Qui me fecit sanum: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum: q̄s est ille homo: qui dixit tibi. tolle grabatum tuum & ambula. Is autem qui sanus effectus fuerat nesciebat quis esset. Ihus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea invenit eum ihus in templo: & dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo & nunciauit iudeis: quia ihus est: qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur iudei ihm: quia hec faciebat in sabbato. Ihus aut respondit eis. Pater meus usq; modo operatur: & ego opor. Propterea g⁹: magis querebant eum iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum: sed & patrem suum dicebat deum. equalem se faciens deo. Respondit itaq; ihus: & dixit eis. Amen amen dico vob⁹

non potest filius ase facere quicqm: nisi quod uiderit patrem facientem. Quecunqz enim fecerit ille
hec & filius similiter faciat. Pater enim diligit filium: & omnia demonstrat ei: que ipe facit. Et maiora
his demonstrabit ei opera: ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat. Neqz enim
pater uidicat quemquam: sed uidicium omne dedit filio. ut omnes honorificent filium: sicut honorificat
patrem. Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico uob: quia
uenit hora & nunc est. Quia qui uerbum meum audit: & credit ei qui misit me: habet uitam eternam. Et
in uidicium non uenit: sed transit a morte in uitam. Amen amen dico uob: quia uenit hora & nunc
est: quando mortui audient uocem filij dei: & qui audierint uiuent. Sicut enim pr habet uitam in semet
ipo: sic dedit & filio uitam habere in semetipo. Et potestatem dedit ei & uidicium facere: quia filius ho
minis e. Nolite mirari hoc: quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem
eius. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uite: qui uero mala egerunt in resurrectionem
uidicij. Non possum ego a me ipo facere quicqm: sicut audio uidico. & uidicium meum iustum est.
Quia non quero uoluntatem meam: sed uoluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium phi
beo de me: testimonium meum non e uerum. Alius est: qui testimonium phibet de me. Vos misistis ad
iohannem: & testimonium phibuit ueritati. Ego aut non ab homine: testimonium accipio: sed hec di
co: ut uos salui sitis. Ille erat lucerna lucens & ardens: uos autem uoluistis ad horam exultare in luce eius
Ego autem: habeo testimonium maius iohanne. Opera enim que dedit pater ut perficiam ea: ipa opa
que ego facio: testimonium phibent de me quia pr me misit. Et qui misit me pater: ipe testimonium
phibuit de me. Neqz uocem eius unquam audistis: neqz speciem eius uidistis. Et uerbum eius non habe
tis manens in uobis: quia quem misit ille: huic uos non creditis. Scrutamini scripturas: quia uos puta
tis in ipis uitam eternam habere. Et ille sunt que testimonium perhibent de me. Et non uultis uenire
ad me: ut uitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio sed cognoui uos: quia dilectionem
dei non habetis in uobis. Ego uenio in nomine patris mei: & non accipitis me: si alius uenerit in nomine
suo: illum accipietis. Quomodo potestis uos credere: qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam que
a solo est deo non queritis. Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud patrem. Est qui ac
cusat uos: moyses in quo speratis. Si enim crederetis moysi: crederetis forsitan & mihi. De me enim
ille scripsit. Si aut illius litteris non creditis: quomodo meis uerbis credetis? vig

Post hec abiit ihus transmare galilee: quod est tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo mg
quia uidebant signa que faciebat: sup his qui infirmabantur. Subiit g in montem ihus: &
ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha: dies festus iudeorum. Cum sli
leuasset g oculos ihus: & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum: dicit ad philippum. Unde eme
mus panes ut manducent hi? Ipe enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum
denariorum panes non sufficient eis: ut unusquisqz modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis
eius: andreas frat symonis petri. Est puer unus hic: qui habz quinqz panes ordeaceos & duos pisces.
Sed hec quid sunt inter tantos. Dixit g ihus: facite homines discumbere: erat autem fenum multum
in loco. Discubuerunt ergo uiri: in numero quasi quinqz milia. Accepit g panes ihus: & cum gratias
egisset: distribuit discumbentibz. Similit & ex piscibz: quantum uolebant: ut autem impleti sint:
dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt g: & impleuerunt
duodecim cophinos fragmentorum ex quinqz panibz ordeaceis: que superfuerunt his qui manducauerat
Ihs g homines cum uidissent quod fecerat signum: dicebant quia hic est uere propheta: qui uenturus est
in mundum. Ihus g. Cum cognouisset quia uenturi essent: ut raperent eum: facerent eum regem. Fugit
iterum in montem ipe solus. Vt autem sero factum est: descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum
ascendissent nauim: uenerunt transmare in capharnaum. Et tenebre iam facte erant: & non uenerat
ad eos ihus. Mare autem uento flante magno exurgebat. Cum remigassent g: quasi stadia uiginti
quinqz aut triginta: uident ihm ambulantem sup mare: & proximum naui fieri: & timuerunt. Ille
autem: dicit eis. Ego sum: nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in naui: & statim fuit na
uis ad terram quam ibant. Altera die turba que stabat transmare: uidit quia nauicula alia non
erat ibi: nisi una. Et quia non introisset cum discipulis suis ihus in naui: sed soli discipuli ei
abissent. Alie uero superuenerunt naues: a tyberiade iuxta locum ubi manducauerant panem
gratias agentes domino. Cum g uidisset turba quia ihus non est ibi: neqz eius discipuli: ascenderunt in na
ues: & uenerunt capharnaum querentes ihm. Et cum inuenissent eum transmare: dixerut
ei Rabbi. quando huc uenisti? Respondit ihus: & dixit. Amen amen dico uob. Queritis me: nō
quia uidistis signa: sed quia manducastis ex panibz & saturati estis. Operamini: non cibum qui per
Sed qui manet in uitam eternam: quem filius hominis uob dabit: hunc enim pater signauit de
Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus ut operemur opera dei? Respondit ihus: & dixit eis. Hoc
est opus dei: ut credatis in eum: quem misit ille. Dixerunt g ei. Quod g tu facis signum: ut uide

annus ⁊ credamus tibi quid operaris. Patres nri manna manducauerunt indeserto: sicut scriptum ē Panem decelo: dedit eis manducare. Dixit ergo eis ihus. Amen amen dico uobis: non moyses ded uob panem decelo: sed pater meus dat uob panem decelo uerum. Panis est enim dei qui descendit decelo: ⁊ dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine: semp da nob panem hunc. Dixit aut eis ihus. Ego sum panis uite. Qui uenit adme non esuriet. Et qui credit in me: non sitiet umq̄m Sed dixi uobis: quia ⁊ uidistis me: ⁊ non credidistis. Omne quod dat mihi pater adme uenet: ⁊ eum qui uenit adme: non eiciam foras. Quia descendi decelo: non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me. Hec est autem uoluntas eius qui misit me patris: ut omnē qd dedit mihi non pdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim uoluntas p̄is mei qui misit me ut omnis qui uidit filium ⁊ credit in eum: habeat uitam eternam. Et resuscitabo eum ego in nouissimo die. murmurabant g̃ iudei de illo: quia dixisset ego sum panis qui decelo descendi: ⁊ dicebat. Nonne hic est ihus filius yoseph: cuius nos nouimus p̄rem ⁊ matrem: quomodo ergo dicit hic: quia decelo descendi? Respondit ergo ihus: ⁊ dixit eis: nolite murmurare mutuum. Nemo potest uenire adme: nisi pater qui misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre ⁊ didicit: uenit ad me. Non quia patrem uidit quisq̄m: nisi is qui est a deo: hic uidit patrem. Amen amen dico uob qui credit in me habz uitam eternam. Ego sum: panis uite. Patres nostri manducauerunt in deserto mana: ⁊ mortui sunt. Hic est panis decelo descendens: ut si quis ex ipo manducauerit: non moriatur. Ego sū panis uiuus: qui decelo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in eternum. Et panis q̃ ego dabo caro mea est: pro mundi uita. Litigabant ergo inter se: ad inuicem dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam ad manducandum dare. Dixit ergo eis ihus: Amen amen dico uob: nisi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uob. Qui manducat meam carnem: ⁊ bibet meum sanguinem in me manet: ⁊ ego illo. Sicut misit me uiuens pater: et ego uiuo propter patrem. Et qui manducat me: ⁊ ipe uiuet propt̃ me. Hic est panis: qui decelo descendit. Non sicut manducauerunt patres nostri manna: ⁊ mortui sunt. Qui manducat hunc panem uiuet in eternum. Hec dixit in synagoga. docens in cafarnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius: dixerunt. Durus est hic sermo: quis potest eum audire. Sciens autem ihus apud semetipm: quia murmurarent de hoc discipli eius: dixit eis. hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem: ubi erat prius hic Spiritus est qui uiuificat: caro non prodest quicquam. Verba que ego locutus sum uobis: spiritus ⁊ uita sunt. Sed sunt quidam ex uob: qui non credunt. Sciebat enim ab initio ihus: qui essent non credentes: ⁊ quis traditurus est eum. Et dicebat. Propterea dixi uob: quia nemo potest uenire adme nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum abierunt retro: ⁊ iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo ihus ad duodecim. Numquid ⁊ uos uultis abire? Respondit ei symon petrus. Domine ad quem ibimus? uerba uite habes: ⁊ nos credimus ⁊ cognouimus: quia tu es xp̃s filius dei. Respondit ei ihus. Nonne ego uos duodecim elegi? ⁊ ex uobis unus diabolus est. Dicebat autem iudam symonis schariothen. Hic enim erat traditurus eum: cum esset unus ex duodecim

Post hec ambulabat ihus in galilea: non enim uolebat in iudea ambulare: quia querebant eum iudei interficere. Erat aut̃ in proximo dies festus iudeorum: scenophegia. Dixerunt autem fratres eius ad eum: transi hinc: ⁊ uade in iudeam ut ⁊ discipuli tui uideant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: ⁊ querit ipe in palam esse. Si hec facis: manifestas te ipm mundo. Neque enim fres eius: credebant in eum. Dicit eis ihus. Tempus meum non dum aduenit tempus autem uestrum semp est paratum. Non potest mundus odisse uos: me autem odit quia ego testimonium perhibeo illi. quia opa eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc ego non ascendo ad diem festum istum. Quia meum tempus non dum impletum est. Hec cum dixisset: ipe mansit in galilea. Ut autem ascenderunt fratres eius: tunc ⁊ ipe ascendit ad diem festum: non manifeste: sed quasi in occulto. Iudei g̃ querebant eum in die festo: ⁊ dicebant. ubi est ille? Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam enim dicebant: quia bonus est. Alii aut̃ dicebant: non: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metum iudeorum. Iam autem die festo mediante: ascendit ihus in templum: ⁊ docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras sit cum non didicerit? Respondit eis ihus ⁊ dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere: cognoscet de doctrina utrum ex deo sit an ame ipo loquar. Qui a semetipo loquitur: gloriam propriam querit. Qui aut̃ querit gloriam eius qui misit illum: hic uerax est ⁊ iniustitia in illo non est. Nonne moyses dedit uob legem ⁊ nemo ex uob facit legem? Quid me quaeritis interficere. Respondit turba ⁊ dixit. Demonium habes quis te querit interficere. Respondit ihus: ⁊ dixit eis unum opus feci: ⁊ omnes miramini. Propterea moyses dedit uob circumcisionem: non quia ex moyse est

sed expatribꝫ: ⁊ sabbato circumcidis hominem. Si circumcisionem accipit homo sabbato: ut non soluatur lex moysi: hec mihi indignamini quia totum hominem sanum feci sabbato. ¶ Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant g̃ quidam ex hierosolymitis. ¶ Nõne hic est quem querunt interficere? Ecce palam loquitur ⁊ nichil ei dicunt. ¶ Numquid uere cognouerunt principes. quia hic ē xp̃us: sed hunc scimus unde sit: xp̃us autem cum uenerit nemo scit unde sit. Clamabat g̃ docens in templo ihs: ⁊ dicens. Et me scitis ⁊ unde sim scitis: ⁊ a me ipso non ueni: sed ē uerus qui misit me: quem uos non scitis. Ego scio eum: quia ab ipõ sum ⁊ ipse me misit: querebant g̃ eum apprehendere: ⁊ nemo misit in illum manus: quia dum uenerat nõ hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum: ⁊ dicebant. xp̃us cum uenerit: numquid plura signa faciet quam hic facit? Audierunt pharisei turbam murmurantem de illo hec. Et miserunt principes ⁊ pharisei ministros: ut apprehenderent eum. Dixit ergo ihs: adhuc modicum tempus uobiscum sum: ⁊ uado ad eum qui misit me. Queretis me ⁊ non inuenietis. Et ubi sum ego: uos non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: quia non inueniemus eum. ¶ Numquid in dispersionem gentium iturus ē: ⁊ docturus gentes? quis est hic sermo quem dixit: queretis me me ⁊ non inuenietis Et ubi sum ego uos non potestis uenire? In nouissimo autem die magno festiuitatis: stabat ihs ⁊ clamabat dicens. Si quis sitit: ueniat ad me ⁊ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de uentre eius fluent aque uiue hoc autem dixit de spiritu: quem accepturi erant: credentes in eum. ¶ Non dum enim erat spiritus datus: quia ihc nondum fuerat glorificat⁹. Multi ergo de turba cum audissent hos sermones eius: dicebant hic est uere propheta. Alii dicebant hic est xp̃us. Quidam autem dicebant. ¶ Numquid xp̃us uenit. ¶ Nonne scriptura dicit: quia ex semine dauid ⁊ de bethleem castello: ubi erat dauid uenit xp̃us? Dissensio itaq; facta est in turba propter eum. Quidam autem ex eis uolebant apprehendere eum: sed nemo misit in illum manus. Uenerunt g̃ ministri ad pontifices ⁊ ad pharisæos ⁊ dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum. Responderunt ministri. ¶ Numquam sic locutus est homo: sicut hic homo. Responderunt g̃ eis pharisei. ¶ Numquid ⁊ uos seducti estis: ¶ Numquid aliquis ex principibꝫ credidit in eũ aut ex pharisæis? sed turba hec que non nouit legem: maledicti sunt. Dicit nicodemus ad eos: ille qui uenit ad eum nocte: qui unus erat ex eis. ¶ Numquid lex nostra iudicat hominem: nisi audierit ab ipso prius: ⁊ cognouerit quid faciat? Responderunt ⁊ dixerunt ei. ¶ Numquid ⁊ tu galilæus es scrutare ⁊ uide: quia propheta a galilea non surgit. Et reuersi sunt unusquisq; in domum suam

Ihus autem perrexit in montem oliueti: ⁊ diluculo iterum uenit in templum: ⁊ omnis populus uenit ad eum: ⁊ sedens docebat eos. Adducunt autem scribe ⁊ pharisei mulierem in adulterio deprehensam ⁊ statuerunt eam in medio: ⁊ dixerunt ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem: moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu g̃ quid dicis? Hoc autem dicebant temptantes eum: ut possent accusare eum. Ihus autem inclinans se deorsum: digito scribebat in terra. Cum autem perseuerarent interrogantes: erexit se: ⁊ dixit eis. Qui sine peccato est uestrum: primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans: scribebat in terra. Audientes autem unus post unum exibant: incipientes a senioribus. Et remansit solus: ⁊ mulier in medio stans. Erigens autem se ihs: dixit ei. Mulier ubi sunt qui te accusabãt? nemo te condempnauit Que dixit nemo domine. Dixit autem ihs: nec ego te condempnabo. uade ⁊ amplius iam noli peccare. Iterum g̃ locutus est eis ihs dicens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lucem uite. Dixerunt g̃ pharisei. Tu de te ipso testimonium perhibes. testimonium tuum non est uerum. Respondit ihs ⁊ dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de me ipso: uerum est testimonium meum hoc. Quia scio unde ueni: ⁊ quo uado uos autem nescitis unde ueniam: aut quo uadam. uos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam. Et si iudico ego: iudicium meum uerum est. Quia solus non sum: sed ego: ⁊ qui misit pater me. Et in lege uestra scriptum ē: quia duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: ⁊ testimonium perhibet de me qui misit me pater. Dicebat ergo: ubi est pater tuus Respondit ihs. Neq; me scitis: neq; patrem meum. Si me sciretis: forsitan ⁊ patrem meum sciretis. Hec uerba locutus est in gazophilacio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia non dum uenerat hora eius. Dixit ergo iterum eis ihs. Ego uado ⁊ queretis me: ⁊ in peccato uestro moriemini Quo ego uado: uos non potestis uenire. Dicebant g̃ iudei. ¶ Numquid interficiet semetipm: quia q̃ ego uado uos non potestis uenire. Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego desuper sum. Vos de hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi g̃ uob̃ q̃ moriemini in peccatis uestris. Si enim non credideritis quia ego sum: moriemini in peccato uestro. Dicebat g̃ ei. Tu quis es? Dixit eis ihs. principium: ⁊ qui loquor uob̃. Multa habeo de uob̃ loqui ⁊ iudicare: sed qui misit me: uerax ē. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit

ergo eis ihs. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoscetis quia ego sum. Et a me ipo facio nichil sed sicut me pater docuit ita loquor. Et qui me misit mecum est & non reliquit me solum. Quia ego que placita sunt ei: facio semper. Hec illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo ihs ad eos: qui crediderunt ei iudeos. Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatem: & veritas liberabit vos. Responderunt ei. Semen abrahe sumus: & nemini seruiuimus unquam. Quomodo tu dicis liberi eritis. Respondit eis ihs. Amen amen dico vob. Quia omnis qui facit peccatum: seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in eternum: filius manet in eternum. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis: sed queritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor: & vos que audistis apud patrem vestrum facitis. Responderunt & dixerunt ei. Pater noster abraham. Dicit eis ihs. Si filii abrahe estis: opera abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere hominem qui veritatem vobis locutus: quam audiui a deo. Hoc abraham non fecit: vos facitis opera patris vestri. Dixerũt itaq; ei. Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus deum. Dicit ergo eis ihs. Si deus pater vester esset: diligeretis utiq; me. Ego enim ex deo processi & veni. Neq; enim a me ipo veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum: vos ex patre diabulo estis: & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium: ex propijs loquitur quia mendax est & pater eius. Ego autem quia veritatem dico non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico: quare vos non creditis mihi. Qui est ex deo verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt ergo iudei. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu: & demonium habes. Respondit ihs. Ego demonium non habeo sed honorifico patrem meum: & vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat & iudicet. Amen amen dico vob. Si sermonem meum si quis seruauerit mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est & prophete: & tu dicis si quis sermonem meum seruauerit: non gustabit mortem in eternum. Numquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuus est? & prophete mortui sunt quem te ipsum facis. Respondit ihs. Si ego glorifico me ipsum: gloria mea nichil est. Est pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis quia deus noster est. Et non cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero similis vob mendax: sed scio eum & sermonem eius seruo. Abraham pater vester: exultauit ut videret diem meum: & vidit: & gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos non dum habes: & abraham vidisti. Dixit eis ihs. Amen amen dico vob antequam abraham fieret: ego sum. Tulerunt ergo lapides ut eum. Ihs autem abscondit se & exiuit de templo

Et preteriens vidit hominem cecum a natiuitate: & interrogauerunt eum discipuli sui rabbi: quis peccauit hic aut parentes eius. ut cecus nasceretur. Respondit ihs. Neq; hic peccauit neq; parentes eius. sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me. donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quamdiu in mundo sum: lux sum mundi. Hec cum dixisset: exspuit in terram & fecit lutum ex sputo. & linuit lutum sup oculos eius: & dixit ei. Vade lauare in natatoria siloe: quod interpretatur missus. Abiit ergo & lauit & venit videns. Itaq; vicini & qui videbant eum prius: quia mendicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? alii dicebant quia hic est: alii autem: nequaquam: sed similis est eius. Ille vero dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi tui. Respondit. Ille homo qui dicitur ihs: lutum fecit & unxit oculos meos: & dixit mihi. Vade ad natatoriam siloe: & lauare. Et abiens laui: & laui: & vidi. Et dixerunt ei. Ubi est ille? Ait: nescio. Adducunt eum ad pharisaeos: qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum: quando lutum fecit ihs: aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisei: quomodo vidisset. Ille autem: dixit eis lutum posuit mihi sup oculos: & laui & video. Dicebant ergo pharisaei quidam. Non est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hec signa facere: & scisma erat inter eos. Dicunt ergo cecо iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit quia propheta est. Non crediderunt ergo de illo iudei: quia cecus fuisset & vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui visus erat. Et interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester quem vos dicitis quia cecus natus est: quomodo ergo nunc videt. Responderunt eis parentes eius: & dixer. Scimus quia hic est filius noster: et quia cecus natus est: quomodo autem nunc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate etatem habet ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius quia timebant iudeos. Iam enim conspirauer

uerunt uidel: ut siquis eum confiteretur xpm extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt quia etatem het: ipm interrogate. vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: & dixer ei. Da gloriam deo: nos scimus: quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nescio: unum scio: quia cecus cum cem: modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi uobi & audistis iam: quid iterum uultis audire? Numquid & uos uultis discipuli eius fieri? maledixerunt ei: & dixerunt. Tu discipulus eius sis. nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus. hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo & dixit eis. In hoc enim mirabile e: quia uos nescitis unde sit: & aperuit oculos meos Scimus autem: de peccatores non audit. Sed si quis dei cultor est & uoluntatem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est auditum: quia quis oculos ceci nati. nisi essus filius dei. Non esset hic adeo non poterat quicquam. Responderunt: & dixerunt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces nos? & eiecerunt eum foras. Audiuit ihus quia eiecerunt eum foras. Et cu inuenisset eum: dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille & dixit. Quis es domine ut credam in eum? Et dixit ei ihus. Et uidisti eum. & qui loquitur tecum ipe est. At ille ait. Credo domine: & procidens adorauit eum. Dixit ihus. In iudicium ego in hunc mundum uenio: ut qui non uident uideant: & qui uident ceci fiant. Et audierunt expharisei qui cum ipo erant: & dixerunt ei. Numquid & nos ceci sumus? Dixit eis ihus. Si ceci essetis non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis quia uidemus pcm uestrum manet

Amen amen dico uobis. Qui non intrat postium in ouile ouium sed ascendit aliunde: ille fur est & latro. Qui autem intrat per hostium: pastor est ouium. Huic hostiarius aperit: & oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim: & educit eas. Et cum proprias oues emiserit: ante eas uadit: & oues illum sequuntur: quia sciunt uocem eius. Alienum autem non sequuntur: sed fugiunt abeo: quia non nouerunt uocem alienum. Hoc prouerbium dixit eis ihus. Illi autem non cognouerunt: quid loqueretur eis. Dixit g eis iterum ihus. Amen amen dico uob: quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot uenerunt fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit saluabitur: & non ingredietur & egredietur & pastua inueniet. Fur non uenit nisi ut furetur: & mactet: & perdat. Ego ueni ut uitam habeant: & habundantius habeant. Ego sum pastor bonus bonus pastor: animam suam dat pro ouibs. Mercenarius & qui non est pastor: cuius non sunt oues propie: uidet lupum uenientem: & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit: & dispergit oues Mercenarius fugit autem: quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibs. Ego sum pastor bonus: & cognosco mea: & cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater: & ego cognosco patrem: & animam meam pono pro ouibs meis. Et alias oues habeo: que non sunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere: & uocem meam audient. Et fiet unum ouile: & unus pastor. Propterea me pater diligit: quia ego pono animam meam: ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me: sed ponam eam a me ipo. Potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. hoc mandatum accepi a pre meo. Dissensio iterum facta est inter iudeos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex eis: demonium het & insanit. quid eum auditis? Alii dicebant hec uerba non sunt demonium habentis. Numquid ceci demonium potest oculos aperire Facta sunt autem encenia in hierosolimis & hyemps erat. Et ambulabat ihus in templo: in porticu salomonis: circumdederunt ergo eum iudei. & dicebant ei. Quousq animam nostram tollis? Si tu es xpus dic nob palam. Respondit eis ihus. loquor uob: & non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei hec testimonium phibent de me. Sed uos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues mee uocem meam audiunt: & ego cognosco eas: & sequuntur me. Et ego uitam eternam do eis: & non pibunt in eternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnib est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Sustulerunt lapides iudei: ut lapidarent eum. Respondit eis ihus. Multa opera bona ostendi uob ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te: sed blasphemia. Et quia tu homo cum sis: facis te deum. Respondit eis ihus. Nonne scriptum est in lege uestra: quia ego dixi dis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: & non potest solui scriptura. Quem pr sanctificauit: & misit in mundum tu dicis quia blasphemas quia dixi filius dei sum? Si non facio opera pris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non uultis credere: operib credite. Ut cognoscatis & credatis quia in me est pater: & ego in patre. Querebant g eum apprehendere: & exiit de manib eorum. Et abiit iterum trans iordanem in eum locum ubi erat iohannes baptizans primum: & mansit ibi. Et multi uenerunt ad eum: & dicebant. Quia iohs quidem signum fecit unum: omnia autem quecumq dixit iohes de hoc uera erant. Et multi crediderunt in eum. *Erat quidam langues lazarus a bethania de castello marie: marthe

* C. ii.

sorores eius. Maria autē erat que unxit dominum unguento: & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine ecce quem amas infirmat. Audiens autem ihūs: dixit eis. Infirmitas hec: non est ad mortem sed pro gloria dei: ut glorificet filius dei per eam. Diligebat autem ihūs martham: & sororem eius mariam & lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodem loco: duobus diebus. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc querebant te iudei lapidare. Et iterum vadis illuc? Respondit ihūs. Nonne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit nocte offendit: quia lux non est in eo. Hec autem & post hec dixit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine: si dormit saluus erit. Dixerat autē ihūs de morte eius: illi autem putauerunt: quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo: dixit eis ihūs manifeste. Lazarus mortuus est. Et gaudeo propter uos: ut credatis quoniam non eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit g° thomas qui dic̄ didimus. ad condiscipulos eamus & nos: ut moriamur cum eo. Venit itaq; ihūs: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta iherosolymam quasi stadiis quindecim. Multi autem ex iudeis venerant ad martham & mariam: ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quia ihūs venit: occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo martha ad ihūm. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio: quia quecumq; poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi ihūs. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei ihūs. Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit & credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi utiq; domine: ego credidi quia tu es xp̄s filius dei: qui in hunc mundum venisti. Et cum hec dixisset: abiit & vocauit mariam sororem suam: silencio dicens. Magister adest & vocat te. Illa ut audiuit: surgit cito: & venit ad eum. Nondum venerat ihūs in castellum: sed erat adhuc in illo loco ubi occurrit ei martha. Iudei igitur qui erant cum ea in domo: & consolabantur eam. Cum ergo vidissent mariam quia cito surrexit & exiit: secuti sunt eam dicentes. Quia vadit ad monumentum ut ploret ibi. Maria ergo cum venisset ubi erat ihūs: videns eum cecidit ad pedes eius: & dixit ei. Domine: si fuisses hic: non esset mortuus frater meus. Ihūs g° ut vidit eam plorantem: & iudeos qui venerant cū ea: plorantes: fremuit spū: & turbauit se ipm & dixit: ubi posuistis eum? Dicit ei. Domine: veni & vide & lacrimatus est ihūs. Dixerunt g° iudei ecce: quomodo amabat eum. Quidam autē ex ipsis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci: facere ut hic non moreretur. Ihūs ergo rursum fremens in semetipso: venit ad monumentum. Erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Dicit ihūs. Tollite lapidem. Dicit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quadriduanus enim est. Dicit ei ihūs. Nonne dixi tibi: quoniam si credideris videbis gloriam dei? Tulerunt g° lapidem. Ihūs autem eleuans sursum oculos: dixit. Pater gratias ago tibi: quoniam audisti me. Ego autem sciebam: quia semper audis. Sed propter populum qui circumstat dixi: ut credant quia tu me misisti. Et cum dixisset: voce magna clamauit. Lazare: veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus: ligatus pedes & manus institis. Et facies illius: sudario erat ligata. Dicit eis ihūs. Solute eum: & sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam & viderant que fecit: crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisaeos: & dixerunt eis que fecit ihūs. Collegerunt ergo pontifices & pharisei concilium: & dicebant. Quid facimus: quia homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum. Et venient romani & tollent nostrum nomen: & locum & gentem. Unus autem ex ipsis caiphas cum esset pontifex anni illius: dixit eis. Vos nescitis quicquam nec cogitatis q̄ expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Hoc autem a se ipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius: prophetauit: quia ihūs moriturus erat pro gente & non tantū pro gente: sed ut filios dei qui erant dispersi: congregaret in unum. Ab illo g° die cogitauerunt ut interficerent eum. Ihūs g° iam non palam ambulat apud iudeos: sed abiit in regionem iuxta desertum: in ciuitatem que dicitur effrem. Et ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat erat pascha iudeorum. Et ascenderunt multi iherosolymam de regione ante pascha: ut sanctificarent se ipsos. Querebant ergo ihūm: & colloquebantur ad inuicem in templo stantes. Quid putatis quia non veniet ad diem festum. Dederant autem pontifices & pharisei mandatum: ut si quis cognouerit ubi sit monet ut adprehendant eum

C. 12.

Ihūs g° ante sex dies pasche: venit bethaniam: ubi fuerat lazarus mortuus: quem suscitauit ihūs. Fecerunt autē ei cenam ibi: & martha ministrabat. Lazarus uero: unus erat discumbentium cum eo. Maria g° accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi: & unxit pedes ihū: & extersit capillis suis pedes ihū: & domus impleta est: de odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis: qui erat eum traditurus. Quare hoc unguentum non ve

dit trecentis denarys: ⁊ datum est egenis. ℣ Dicit autem hoc. ℣ Non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat: ⁊ loculos habens: ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihus. Dimitte illam: ut in die sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semp habetis uobiscum: me autem nō semp habetis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est: ⁊ uenerunt non propter ihm tantum: sed ut lazarum uiderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt aut principes sacerdotum: ut ⁊ lazarum interficerent. Quia multi propter illum abibant ex iudeis ⁊ credebant in ihm. ℣ In crastinum autem turba multa que uenerat ad diem festum: cum audissent quia uenit ihus ierosolimam: acceperunt ramos palmarū ⁊ processerunt obuiam ei: ⁊ clamabant osanna: benedictus qui uenit in nomine dnī rex israhel. Et inuenit ihus asellum: ⁊ sedit sup eum: sicut scriptum est. ℣ Noli timere filia syon: ecce rex tuus uenit sedens sup pullum asine hoc non cognouerunt discipuli eius primum. sed quando glorificatus est ihus. Tunc recordati sunt quia hec erant scripta de eo: ⁊ hec fecerunt ei. Testimonium ergo phibebat turba: que erant cum eo quando lazarum uocauit de monumento: ⁊ suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiam uenit ei turba: quia audierunt hoc eum fecisse signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis quia nichil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum: qui erat a bethsaida galilee ⁊ rogabant eum dicentes. Domine: uolumus ihm uidere. Uenit philippus: ⁊ dicit andree. Andreas rursum ⁊ philippus: dixerunt ihu. Ihus autem: respondit eis dicens. Uenit hora ut clarificetur filius hominis. Amen dico uob. ℣ Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipm solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animā suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo in uitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et ubi sum ego: illic ⁊ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus qui est in celis. ℣ Nunc anima mea turbata est: ⁊ quid dicam. Pater saluifica me ex hac hora? Sed propterea ueni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Uenit ergo uox de celo: ⁊ clarificaui: ⁊ iterum clarificabo. Turba ergo que stabat ⁊ audierat: dicebat tonitruum factum est. Alii dicebant: angelus ei locutus est. Respondit ihus ⁊ dixit. ℣ Non propter me uox hec uenit: sed propter uos. ℣ Nunc iudicium est mundi nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipm. Hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. ℣ Nos audiuimus ex lege: quia xps manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet filium hominis exaltari. Quis est iste filius hominis? ℣ Dixit ergo eis ihus. Adhuc modicum lumen in uobis est. ℣ Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre uos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo uadit. Dum lucem habetis credite in lucem: ⁊ filii lucis sitis. Hec locutus est ihus ⁊ abiit ⁊ abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis: non credebant in eum. ut sermo ysaye prophete impleretur quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro: ⁊ brachium dnī cui reuelatum e. Propterea non poterant credere: quia iterum dixit ysaias. Excecauit oculos eorum: ⁊ indurauit eorum cor: ut non uideant oculis: ⁊ intelligant corde: ⁊ conuertantur ⁊ sanem eos. Hec dixit ysaias: quando uidit gloriam eius: ⁊ locutus est de eo. Uerumtamen: ⁊ ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter pharisseos non confitebantur ut synagoga non eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum: magis quam dei. Ihus clamauit ⁊ dixit. Qui credit in me: non credit in me: sed in eum qui me misit. Et qui uidet me: uidet eum qui me misit. Ego lux in mundum ueni: ut omnis qui credit in me: in tenebris non maneat. Et si quis audierit uerba mea: ⁊ non custodierit ego non iudico eum. ℣ Non enim ueni ut iudicem mundum: sed ut saluificem mundum. Qui spernit me ⁊ non accipit uerba mea habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex me ipso non sum locutus: sed qui misit me pr. Ipse mihi mandatum dedit: quid dicam: ⁊ quid loquar. Et scio quia mandatum eius: uita eterna e. Que ergo ego loquor: sicut dixit mihi pr sic loquor.

C. 13. ℣ Ante diem festum pasche sciens ihus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cena facta cum diabolus misisset in cor: ut traderet eum iudas symonis schariothis. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus: ⁊ quia a deo exiit: ⁊ ad deum uadit. Surgit a cena: ⁊ ponit uestimenta sua. Et cum accepisset linteum ⁊ precinxit. Deinde mittit aquam in pelui: ⁊ cepit lauare pedes discipulorum: ⁊ extergere linteo quo erat precinctus. Uenit ergo ad symonem petrum: ⁊ dicit ei petrus. Domine: tu mihi lauas pedes? Respondit ihus ⁊ dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo scies autem postea. Dicit ei petrus non lauabis mihi pedes in eternum. Respondit ei ihus. Si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei symon petrus. Domine: non tantum pedes meos: sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei ihus. Qui lot

est non indiget nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus. Et uos mundi estis: sed non omnes
Sciebat enim quis esset qui traderet eum propterea dixit non estis mundi omnes. Postquã
lauit pedes eorum accepit uestimenta sua: & cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim
uobis. Uos uocatis me magister & dominus: & benedicitis: sum enim. Si ergo laui ego pedes uestros
dominus & magister: & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis: ut quem
admodum ego feci uobis: ita & uos faciatis. Amen amen dico uobis non est seruus maior domino suo
neq; apostolus maior illo qui misit illum. Si hoc scitis beati eritis: si feceritis ea. Non de omnibus
uobis dico: ego scio quos elegerim. Sed ut adimpleatur scriptura. Qui manducat mecum panem
leuabit contra me calcaneum suum. Iam modo dico uobis priusquam fiat: ut credatis cum factum fu
erit quia ego sum. Amen amen dico uobis: qui accipit siquem misero me accipit. Qui autem me ac
cipit: accipit eum qui me misit. Cum hec dixisset ihus: turbatus e spiritu: & protestatus est &
dixit. Amen amen dico uobis quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli
hesitantes de quo diceret. Erat ꝯ recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihu: quem diligebat
ihus. Innuit ergo huic simon petrus & dicit ei. Quis est de quo dicit. Itaq; cum recubuisset ille sup
per pectus ihu: dicit ei. Domine: quis est? Respondit ihus. Ille est cui ego intinctum panem por
rexero. Et cum intinxisset panem: dedit simoni schariothis. Et post buccellam: tunc introi
uit in eum sathanas. Et dicit ei ihus. Quod facis fac citius. Hoc autem nemo scuit ad
cumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant: quia loculos habebat iudas
quia dixit ihus. Eme ea que opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cũ
ergo accepisset ille buccellam exiuit continuo: erat autem nox. Cum ergo exisset: dicit ei ihus
Nunc clarificatus filius est hominis: & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo
& clarificabit eum filius: adhuc modicum uobiscum sum: quæritis me & sicut dixi iudeis. quo ego
uado uos nõ potestis uenire. Et uobis dico modo: mandatum nouum do uobis ut diligatis in
uicem sicut & uos dilexi: ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia mei dis
cipuli estis: si dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei simon petrus. Domine quo uadis? Re
spondit ihus. Quo ego uado non potes me modo sequi. Sequeris autem me postea. Dicit ei pe
trus. Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Respondit ihus. Ani
mam tuam pro me pones. Amen amen dico tibi. Non cantabit gallus donec me ter neges xvij C.
Dicit discipulus eius. Non turbetur cor uestrum. Creditis in deum & in me credite. In domo
patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem uobis: quia uado uobis parare
locum: uerum uemo & accipiam uos ad me ipsum: ut ubi sum ego: & uos sitis. Et quo ego
uado scitis: & uiam scitis. Dicit ei thomas. Domine: nescimus quo uadis: & quomodo possumus
uiam scire. Dicit ei ihus. Ego sum uia ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me.
Si cognouissetis me & patrem meum utique cognouissetis: & amodo cognoscetis eum
& uidistis eum. Dicit ei philippus. Domine ostende nobis patrem: & sufficit nobis. Dicit ei ihus
Tanto tempore uobiscum sum: & cognouistis me: philippe qui uidet me uidet & patrem
Quomodo tu dicis ostende nobis patrem. Non credis quia ego in patre & pater in me est
uerba que ego loquor uobis: a me ipso loquor non. Pater autem in me manens ipse facit opera
Non credis quia ego in patre & pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen
amen dico uobis: qui credit in me opera que ego facio & ipse faciet & maiora horum faciet quia
ego ad patrem uado. Et quodcumq; petieritis in nomine meo hoc faciam: ut glorificetur
pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam Si diligitis me mandata
mea seruate. Et ego rogabo patrem & alium paraclitum dabit uobis ut maneat uobiscum in eternũ
Spm ueritatis quem mundus accipere non potest: quia non uidet eum nec scit eum. Uos au
tem cognoscetis eum: quia apud uos manet & in uobis erit. Non relinquam uos orphanos
ueniam ad uos. Adhuc modicum & mundus me iam non uidet. Uos autem uidetis me: quia ego
uiuo & uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis: quia ego sum in patre meo: & uos in me & ego in
uobis. Qui habet mandata mea & seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me
diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: & manifestabo ei me ipsum. Dicit ei iudas non
ille scharioth. Domine quid factum est quia nobis manifestaturus es te ipsum: & non mundo
Respondit ihus & dixit ei. Si quis diligit me sermonem meum seruabit: & pater meus dilig
et eum. Et ad eum ueniemus: & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones
meos non seruat. Et sermo quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec
locutus sum uobis apud uos manens. Paraclitus autem spus sanctus quem mittet pr in nomi
ne meo ille uos docebit omnia: & suggeret uobis omnia quecumq; dixero uobis. Pacem relinquo
uobis: pacem meam do uobis. Non quomodo mundus dat: ego do uobis. Non turbetur cor uestrum:

